MK H-8°
82 M

2-й экз

М. Акад.

GRAMMATICA LATINA

IN

VSVM

IVVENTVTIS ROSSICAE.

ГРАММАТИКА ЛАТИНСКАЯ

ДЛЯ

УПОТРЕБЛЕНІЯ

РОССІЙСКАГО ЮНОШЕСТВА,

СЪ пріобщеніемъ краткой Хрестоматіи для нижнихъ классовъ.

ФУНДАМЕНТАЛЬНАЯ БИБЛИОТЕКА
№ 753
КДА
ДУХОВНАЯ СЕМИНАРІЯ

Иждивеніемъ Н. Новикова и Компаніи.

ВЪ МОСКВѢ,
Въ Университетской Типографіи, у Н. Новикова,
1782 года.

ГРАММАТИКА
ЛАТИНА

по

УЗУАЛИ

INVENTIS ROSSICIS.

ГРАММАТИКА
ЛАТИНСКАЯ

УЗУАЛЬНАЯ

РОССИЙСКОЙ.

EMINENTISSIMO

REVERENDISSIMO

ATQVE

ILLVSTRISSIMO

DOMINO

DOMINO

PLATONI,

SANCTISSIMAE SYNODI ECCLESIAE
ORTHODOXAE GRAECO-ROSSICAE

SOCIO,

MOSQVENSI ET KALVGENSI

ARCHIEPISCOPO,

LAVRAE SS. TRINITATIS
SANCTIQVE SERGII

ARCHIMANDRITAE,

ACADEMIAE MOSQVENSIS

PROTECTORI

etc.

REVERENDISSIMO

ATQVE

ILLVSTRISSIMO

DOMINO

DOMINO

PLATONI,

SANCTISSIMAE SYNODI ECCLESIAE

ORTHODOXAE GRAECO-ROSSICAE

SOCIO,

MOSQVINSI ET KALVGENSI

ARCHIEPISCOPO,

LAVRAE SS. TRINITATIS

SANCTIQVE SERGII

ARCHIMANDRITAE,

ACADEMIARVM MOSQVENSIS

ET

PROTECTORI,

EMINENTISSIME

ATQVE

ILLVSTRISSIME ARCHIEPISCOPE,

LITTERARVM FAVTOR EXCELLENTISSIME!

Cum ea noſtrae ſocietatis ſit ratio, vt bonis placere velimus quam plurimis, nemini profecto mirum videbitur, ſi inter optimos Te in primis compellemus, Tuamque inſtitutorum noſtrorum comprobationem ſtudioſius ambiamus. Neque enim vllo modo dubitare poſſumus, quin ceteris etiam litterarum fautoribus opera noſtra ſtudiumque noſtrum innoteſcat ac probetur, ſi prius Tibi, Archiepiſcope Eminentiſſime, vt Clariſſimo, Sapientiſſimoque Viro ac Iudici harum rerum peritiſſimo atque aequiſſimo ita innotuerit, vt non omnino Tibi diſplicere videatur. Propterea iam quoque fructum vberrimum iucundiſſimumque inſtitutionum noſtrarum induſtriaeque percepiſſe arbitramur, quod Tu nuper, quam impenſe nobis faueres, facundiſſimis ſuauiſſimisque litteris Tuis, iudicioque grauiſſimo Tuo nobis aperte ſignificaſti ac palam declaraſti. Iam etſi minime ita arrogantes ſumus, vt ignorare poſſimus, ſummam laudem iſtam, iudiciumque honorificentiſſimum litteris vniuerſis, cunctaeque patriae potius, quam nobis a Te tributum eſſe, tanti Viri oratione et auctoritate tamen nos quoque magis incitati et corroborati ſumus, vt in eo ſpatio, quod nobis pro curriculo elegeramus, incitatius celeriusque curreremus. Multum enim addit ad alacritatem, cum ſcias, quo agonotheta certes. Ne vero nobis, vt prorſus ingratis, iſtud beneficium tribuiſſe videreris, tametſi nunc non erat noſtrae facultatis, eo, quo decebat, modo gratiam referre, maluimus tamen Tibi laborum noſtro-

strorum has primitias offerre, quam, maturiores fructus expectando, tardiores haberi in officio. Freti ergo humanitate et indulgentia Tua, Archiepiscope Eminentissime, ausi sumus, hunc libellum scholasticum, nostrae societatis impensis editum, Illustrissimo nomine Tuo iuventuti Rossicae commendare, quem vt beneuole accipias, humanissime rogat

ILLVSTRISSIME ATQVE EMINENTISSIME
ARCHIEPISCOPE!

ILLVSTRISSIMO AC SPLENDIDISSIMO
NOMINI TVO

Mosquae d. v. Nov.
1782.

Deuotissima
Societas Litteraria Amicorum.

LECTORI BENEVOLO
SALVTEM
EDITOR.

Cum duobus abhinc annis impensis NICOLAI IOANNIDIS a NOWICOW, *Typographei Vniuersitatis Caesareae Mosquensis Directoris, Viri Generosissimi ac Doctissimi, typorum formulis expressa esset Syntaxis Latina Grammaticae maioris Marchicae, isque libellus et in Vniuersitate Caesarea Mosquensi et in variis Seminariis Rossicis vtiliter in lectionibus publicis esset adhibitus: Societas Litteraria Amicorum e re scholastica, cui in primis consuli cupit, fore iudicauit, si pars Grammaticae Etymologica etiam ad normam Grammaticae Marchicae Latine et Rossice prodiret. Quod negotium cum mihi delatum atque etiam nunc a me confectum sit, res ipsa postulare videtur, vt paucis aperiam, quomodo a me curatum sit, quorumque ope in hoc libello conscribendo sim vsus. Mearum ergo partium esse duxi, Grammaticam Marchicam fideliter sequi, si quae vel omittenda vel addenda iudicarem, vel omittere vel addere; ac denique ita Latine reddere, vt facile vel a pueris sine offensione legi ac intelligi posset. Vt autem ab iis etiam legi posset, qui nouissime ad discendam linguam Latinam accessissent, curaui, vt per idoneum interpretem omnia redderentur Rossice. In huius laboris consortium se obtulit* NICOLAVS EVTHYMIADES POPOW, *linguae Latinae et Graecae in Gymnasio Vniuersitatis Caesareae Mosquensis Praeceptor, iuvenis impiger, doctus, moribusque modestis et probis. Ne vero reprehensionem Virorum Doctorum incurrerem, si vni ista omnia, praesertim iuveni, commisissem, adhibui in consilium* CHARITONEM ANDREADEN TSCHEBOTAREW, *Collegiorum Assessorem,*

Vni-

Vniuersitatisque Caesareae Mosquensis Professorem Historiarum, Virum Generosissimum, Doctissimum, mihique amicissimum, cuius singulari aduersus bonas litteras propensioni acceptum fero, quod is priora folia versionis Rossicae causa perlegit ac suo iudicio, quod in aliis rebus pluribus elegantissimum ac prudentissimum agnoueram, comprobauit. Nunc hoc vnice optat Societas Litteraria Amicorum, vt hic libellus iuventuti Rossicae viam ad Latinam linguam, easque disciplinas, quae sine lingua Latina disci nequeunt, aperiat et muniat. Scribebam Mosquae d. v. Nov. 1782.

INTRODVCTIO IN GRAMMATICAM LATINAM.

§. 1.

Grammatica Latina, est ars Linguam Latinam docens, seu ars praecepta Latine legendi, intelligendi, loquendi et scribendi complectens.

§. 2. Vox *Grammaticae* e lingua Graeca recepta est. Nam γράμμα notat *litteram*, aut etiam *scriptum*. Inde γραμματική, scilicet, τέχνη, i. e., ars litteras et scripta spectans.

§. 3. Nemo recte *legere* et *scribere* potest, nisi qui singularum litterarum figuram, vim et compositionem, et rursus signa distinctionis et siglas, seu scribendi compendia, quae vulgo abbreuiaturae appellantur, quaeque integra vocabula notant, nouit. De his ergo prima pars Grammaticae, quae *Orthographia* vocatur, praecipit.

§. 4. Vt quis recte *legere* et *pronunciare* possit, opus est etiam, vt syllabarum quantitatem sciat. Qua de re alia pars, quae *Prosodia* dicitur, exponit.

ВВЕДЕНІЕ ВЪ ЛАТИНСКУЮ ГРАММАТИКУ.

§. 1.

Латинская Грамматика есть наука о Латинскомъ языкѣ, или она есть такая наука, которая содержитъ въ себѣ правила, какимъ образомъ по Латинѣ читать, разумѣть, говорить и писать должно.

§. 2. Слово *Грамматика* взято изъ Греческаго языка. Ибо γράμμα значитъ *буку*, или также *письмо*. Откуда γραμματική, то есть, τέχνη, наука о буквахъ и письмѣ.

§. 3. Никому правильно *читать* и *писать* не можно, естьли кто не знаетъ начертанія всѣхъ буквъ, ихъ силы и сложенія, также употребительныхъ знаковъ препинанія и такъ называемыхъ сокращеній въ письмѣ, означающихъ цѣлыя слова. Всемужъ сему учитъ первая часть Грамматики, которая *Орѳографіею*, или *Правописаніемъ* называется.

§. 4. А чтобъ правильно *читать* и *произносить*, то надобно также знать количество слоговъ, о чемъ предлагаетъ другая часть Грамматики, *Просодіею* именнуемая.

§. 5. *Intelligendi* porro et *loquendi* facultas nemini contingere poteſt, niſi qui ſingularum partium orationis naturam et vocabulorum ſingulorum originem et notiones tenet. Haec Grammaticae pars ea docet, quae *Etymologia* nominatur. Hac parte quoque opus habet is, qui recte, ſeu orthographice ſcribere vult.

§. 6. Cum vero omnis ſermo pluribus partibus orationis et vocabulis conſtet, ad *intelligendum*, *loquendum*, et *ſcribendum* requiritur, vt quis conformiter conſuetudini et naturae linguae vocabula inuicem iungere poſſit. Qua de re in ea Grammaticae parte agitur, quae *Syntaxis* appellatur.

§. 7. *Scribendi* rurſus *genera duo* ſunt. Alterum liberius, *proſaicum* vulgo appellant: alterum menſurae et numeris, Graeco nomine metrum (μέτρον) dicunt, adſtrictum, *poëticum* id nuncupant. Vt ergo is ſecundum iſtam menſuram ſcribat, qui poëtice ſcribere vult, opus eſt, vt menſuras iſtas, quae etiam genera carminum appellantur, notas habeat. Atque hoc eſt alterum caput *Proſodiae*.

§. 8. Neque vero in animo habemus, omnes Grammaticae partes hoc libello complecti. Nam in vſum puerorum, qui Latine legere incipiunt, Al-

§. 5. Наконецъ не льзя достигнуть способности *разумѣть* и *говорить*, прежде нежели узнаешь свойство всѣхъ частей рѣчи, такожъ происхожденіе и знаменованіе каждаго слова. Чему учитъ та часть Грамматики, которая называется *Этимологіею*. Въ сей части имѣетъ также нужду тотъ, кто хочетъ писать правильно, или ореографически.

§. 6. Когдажъ всякое слово состоитъ изъ многихъ частей рѣчи: то, *для разумѣнія, разговора и сочиненія*, на какомъ бы то языкѣ ни было, потребно согласное съ свойствомъ того языка соединеніе словъ между собою; чему учитъ та часть Грамматики, которая называется *Синтаксисомъ*, или *Сочиненіемъ словъ*.

§. 7. Есть *два рода писанія*, одинъ свободной, *прозаическимъ* обыкновенно называемый; а другой размѣрной по стопамъ, или *стихотворческой*. Почему тотъ, кто хочетъ писать Стихотворнымъ слогомъ, долженъ знать самую мѣру словъ, которая иначе родами стиховъ называется. Ученіежъ о семъ составляетъ особую часть *Просодіи*.

§. 8. Но мы не намѣрены въ сей книгѣ предлагать о всѣхъ частяхъ Грамматики. Ибо для употребленія тѣхъ, которые начинаютъ читать

pha-

phabetum iam dudum hic litterarum formulis expressum est; et eo deficiente alium fortasse et ipsi curabimus.

§. 9. De Syntaxi etiam non opus est, vt dicamus, postquam edita est Syntaxis Grammaticae maioris Marchicae cum versione Rossica.

§. 10. Et quoniam tum demum pueris quantitas syllabarum et genera carminum traduntur, postquam iam ipsi vnum pluresque scriptores prosaicos legerunt et quaedam ex vernacula lingua in Latinam verterunt; consultius putauimus, ne interim maiori libello emendo impensas frustra facerent, Prosodiam singulari libello tractare.

§. 11. Ne vero prorsus quantitatum syllabarum ignari sint pueri, subinde quaedam in parte Etymologica monebimus. Reliqua relinquemus diligentiae praeceptorum, qui inter legendum et interpretandum paullatim assuefacere debent pueros, vt recte pronuncient.

§. 12. Reliquum est ergo nobis, vt hic *de parte Etymologica*, quantum fieri potest, breuiter et perspicue exponamus.

§. 13. Duos autem errores animaduertisse videmur, qui in tradenda et discenda Grammatica Latina committi solent

по-Латинѣ, давно уже напечатана здѣсь Азбука; а ежели случится въ ней недостатокъ, то, можетъ быть, мы и сами сочинимъ другую.

§. 9. Равнымъ образомъ нѣтъ нужды говорить здѣсь о Синтаксисѣ, когда уже онъ изданъ изъ большой Маркшческой Грамматики съ Россійскимъ переводомъ.

§. 10. А какъ количество слоговъ и роды стиховъ ученикамъ преподаются тогда, когда уже они прочитали нѣкоторыхъ прозаическихъ писателей, и нѣсколько упражнялись въ переводахъ съ природнаго языка на Латинской: то я за полезное почелъ наставленіе Просодіи сообщить въ особливой книжкѣ, дабы безъ нужды не увеличить дороговизны сей книги.

§. 11. Но чтобъ учащіеся не совсѣмъ были не вѣдущи въ количествѣ слоговъ, то нѣкоторыхъ правилъ объ ономъ коснемся и въ Этимологіи. Въ прочемъ же полагаемся на прилѣжность учителей, которыя въ чтеніи и толкованіи пріучать должны учениковъ своихъ къ правильному произношенію.

§. 12. И такъ остается намъ, сколько можно, кратко и ясно предложить здѣсь объ одной *Этимологической части*.

§. 13. Въ преподаваніи и обученіи Латинской Грамматики примѣчаемъ мы двѣ обыкновенныя погрѣшности, отъ

ſolent, a quibus ſibi et praeceptores et pueri cauere debent.

§. 14. Alter eſt praeceptorum, qui pueros ieiuna et celeri nimis regularum non explicatione, ſed enumeratione quaſi ludunt. Nuda enim praeceptorum commemoratio neminem erudire ſolet. Exempla commemoranda, loquendi formulae proponendae, auctores quantocius legendi, declinationes, coniugationes, genera nominum et cetera interrogando, repetendo et ſcribendo familiaria reddi debent memoriae puerorum. Ex exemplis enim regulae hauſtae ſunt. Ergo ad earum fontes duci debent pueri.

§. 15. Bonus praeceptor, Etymologiam tradens, curabit imprimis, vt pueri iuſtum numerum vocabulorum, eorumque veras notiones memoria teneant, vt declinationes et coniugationes, extra ordinem interrogati, recitare poſſint, vt genera nominum, vſitationum certe ſciant, et faciliores formulas loquendi, verbi cauſa, ſubſtantiuum cum adiectiuo, aduerbia cum verbo vno et nomine, poſtremo etiam plura verba cum pluribus partibus orationis coniungere poſſint.

которыхъ остерегаться должно, какъ учителямъ оной, такъ и ученикамъ.

§. 14. Одна изъ сихъ погрѣшностей примѣчается въ учителяхъ, которые, какъ бы нарочно во вредъ своимъ ученикамъ, проходятъ съ ними Граммматическія правила весьма скоро и сухо, безъ надлежащаго толкованія оныхъ, будто бы одно простое пересказываніе правилъ дѣлало насъ учеными. Но паче на всякое правило должно приводить притомъ примѣры, предлагать ученикамъ цѣлыя изреченія; начинать съ ними читать скорѣе Латинскихъ писателей, и чрезъ частыя вопросы, повторенія и писаніе на доскѣ, или, бумагѣ вперять въ память ихъ склоненія, спряженія, роды именъ и прочее. Ибо правила взяты изъ примѣровъ; почему и приводить должно учениковъ къ источникамъ оныхъ.

§. 15. Хорошій учитель Этимологіи паче всего стараться долженъ: чтобъ ученики его знали довольное число словъ, и точное ихъ значеніе; чтобъ они, спрошены будучи не по порядку, твердо могли читать наизусть склоненія и спряженія; чтобъ знали роды употребительнѣйшихъ именъ; и умѣли бы слагать легчайшія изреченія, какъ то, существительное съ прилагательнымъ, нарѣчія съ однимъ глаголомъ и именемъ, наконецъ также и многіе глаголы со многими частями рѣчи.

§. 16.

§. 16. Maximo enim cum damno puerorum in classibus sic dictis Etymologicis de Syntaxi prorsus siletur. Multa enim facili negotio ex Syntaxi praecipi possunt, regulis Syntaxeos nondum cognitis. Sic enim et taedio puerorum, quod ex declinationibus et coniugationibus capiunt, succurri potest, et paullatim regulis Syntaxeos nondum perceptis, Syntaxi adsuescunt.

§. 16. Ибо къ величайшему вреду учащихся бываетъ то, что въ такъ называемыхъ Этимологическихъ классахъ совсѣмъ и не упоминается о Синтаксисѣ; когда многому однакожъ изъ онаго удобно научить можно прежде, нежели показаны будутъ самыя Синтаксическія правила. А чрезъ то не только бъ отвращена была отъ учащихся скука, производящаяся въ нихъ отъ склоненій, и спряженій; но такожъ помалу можно бъ ихъ приучить къ правильному сочиненію словъ еще прежде повышенія ихъ въ Синтактической классъ.

§. 17. Alter est error vel discentium, vel eorum, qui vnum pluresque annos vnum pluresue libellos Grammaticos, vel enarrante praeceptore, vel domestico studio legerunt. Pueriliter enim credunt, si verbi causa aut Langii Grammaticam, aut Marchicam illam, aut quamcunque demum, vel legerint, vel memoriter recitare possint, se continuo doctos et egregios Grammaticos factos esse.

§. 17. Другая погрѣшность видна въ учащихся, или, въ тѣхъ, которые, подъ учительскимъ руководствомъ, или собственнымъ своимъ стараніемъ прочитали нѣсколько Грамматическихъ книгъ, употребя на то годъ времени, или больше. Таковые ребячески думаютъ, что они, прошедъ, или выучивъ наизусть, на примѣръ, Лангову, Мархическую, или, другую какую нибудь Грамматику, и сдѣлались тотчасъ учеными и хорошими Грамматиками.

§. 18. Atque haec opinio, quae in pueris excusari quodammodo potest, in viris, eodem modo loquentibus, ferri nullo modo potest; praesertim cum verae eruditioni valde detrimentosa sit. Placet ergo hic breuiter Grammaticae vim expli-

§. 18. Такое мнѣніе хотя нѣсколько и извинительно въ дѣтяхъ; но въ мужахъ, подобно имъ мыслящихъ, никоимъ образомъ терпимо быть не можетъ: понеже оное весьма вредно истинной учености. Почему и намѣрены мы здѣсь вкратцѣ точнѣе показать достоинство Грамматики

explicare, vt pueros modeſtos reddamus, aliorum autem, imperite loquentium, errorem arguamus.

§. 19. Qui ergo Graeco nomine *Grammatici* appellati ſunt, eos olim Latino nomine *Litteratos* dixerunt. Eosdem nunc *Philologorum*, aut *Criticorum* nomine appellamus. Nam Grammatici nomen per iſtam ſtultam opinionem, de qua modo dixi, in deſuetudinem abiit, nec niſi in contemtum dicitur.

§. 20. Horum praecipuum officium erat, vt ex Suetonio et aliis diſcimus, Poëtas inprimis, qui lectu plerumque difficiliores eſſe ſolent, tum etiam reliquos omnis generis ſcriptores interpretari et iuuenum ingenia ad ſenſum pulchritudinis et elegantiae acuere.

§. 21. Id cum nemo praeſtare poſſit, niſi qui ingenio, doctrina et diligenti omnis generis ſcriptorum lectione excellat, qui de Poëſi et Eloquentia acute iudicare poſſit, qui Hiſtoriam, antiquitates, Philoſophiam teneat, qui multo vſu, aſſidua lectione et attentione conſuetudinem linguae didicerit, qui, quid perſpicue, eleganter, concinne, facete, copioſe, ornate, grauiter et ſublimiter, et contra

дабы въ дѣтяхъ возбудивъ къ ней должное уваженіе, обличить купно въ погрѣшности другихъ, которые отзываются объ ней безразсудно.

§. 19. Тѣ, которыхъ встарину Греки на своемъ языкѣ называли *Грамматиками*, а Римляне *учеными*, извѣстны нынѣ у насъ подъ именемъ *Филологовъ* и *Критиковъ*. Ибо названіе Грамматиковъ, по объявленному теперь мною неосновательному мнѣнію, вышло изъ обыкновенія, и употребляется только въ презрѣніе и насмѣшку.

§. 20. Должность сихъ Грамматиковъ, какъ видно изъ Свѣтонія и другихъ, состояла въ томъ, чтобъ они особенно изъясняли Стихотворцовъ, которыхъ понимать труднѣе, такъ какъ и другихъ всякаго рода писателей; и чрезъ то въ юношахъ производили бы чувство изящности и красоты.

§. 21. А какъ сего никто иной сдѣлать не можетъ, развѣ тотъ, кто самъ, имѣя отмѣнное остроуміе и ученіе, прилѣжно упражнялся въ чтеніи писателей всякаго рода; кто о Стихотворствѣ и Краснорѣчіи тонко судить можетъ; кто знающь въ Исторіи, древностяхъ и Философіи; кто долговременнымъ упражненіемъ, прилѣжнымъ и внимательнымъ чтеніемъ узналъ точное свойство языка; кто разобрать можетъ, что сказано ясно,

ob-

obſcure, negligenter, diſſolute, ieiune, corrupte, humiliter et abiecte dictum ſit, diiudicare poſſit; per ſe intelligitur, quae laus tribuenda ſit docto Grammatico, quibusque artibus opus ſit, vt quis iſto nomine dignus reperiatur.

§. 22. Iſta vero omnia nullo tali libello Grammatico, qualem nunc ſcripſimus, comprehendi poſſunt: ſed ingenio, ſtudio, doctrina et diuturno vſu conſtant. Nemo ergo, qui hunc aut alium quemcunque libellum Grammaticum legerit, dicat, ſe Grammaticum factum eſſe: ſed dicat potius id, quod verum eſt: Ego huius vel illius librum, in quo elementa Grammatica traduntur, vel legi, vel memoriae mandaui. Adultiores etiam ſibi caueant, ne dicant, linguam Latinam, quae in vocabulis Ciceronianis maxime cernitur, nunquam magni feci, ſed dicant potius, nunquam mihi cordi fuit, vt Latine ſaperem.

красно, складно, шутливо, изобильно, украшенно, важно и высоко; такъ какъ напротивъ, что написано темно, безъ всякаго разбора, не связно, тупо, сухо, дурно, подло и низко: то само по себѣ разумѣется, какую хвалу заслуживаетъ ученой Грамматикъ, и сколько знанія потребно тому, кто сдѣлаться хочетъ достойнымъ сего имени.

§. 22. Всегожъ сего не можно помѣстить въ такую Грамматическую книжку, какую мы написали нынѣ; но паче потребны къ тому природная острота ума и склонность, знаніе наукъ и долговременное упражненіе. Слѣдовательно, по прочтеніи сей, или другой какой Грамматической книги, да не подумаетъ кто о себѣ, что онъ уже сдѣлался настоящимъ Грамматикомъ; но можно ему сказать о себѣ то, что сущая правда, то есть, что онъ прочелъ, или вытвердилъ наизусть сію, или другую какую книгу, въ которой предлагаются Грамматическія начала. Равнымъ образомъ и имѣющіе совершенной возрастъ не должны говорить неосторожно, что они не во что ставятъ Латинской языкъ, которой и состоитъ только изъ словъ и реченій, употребленныхъ Цицерономъ; но пусть они скажутъ о себѣ, что никогда не было у нихъ прямаго желанія проникнуть во вкусъ древнихъ Римлянъ.

§. 23. Latinitas enim, quam prudentes et intelligentes probant, non eſt in ſolis verbis, ſed in ſententia et verbis. Ea ſi a quibusdam ſeparantur, id non eſt vitium Latinitatis, ſed hominum. Et ſi quos reprehendere volunt ob linguae Latinae ſtudium, reprehendant eos, qui in ſingulis vocabulis, loquendi formulis, prouerbiis et floſculis Latinitatem ponunt, non eos, qui tradenda lingua Latina iuuenum ingenia ad elegantiam, humanitatem, acrem ſenſum honeſti et pulchri, rerum geſtarum cognitionem, Eloquentiam, Poëſin, poſtremo ad intelligendi, iudicandi, dicendi et agendi facultatem et prudentiam, (Ea enim omnia ex ſcriptoribus Latinis diſci poſſunt) informant.

§. 24. Satis ergo vel ſic cautum putamus, ne quis aut Latinam linguam, vt obſoletam et inutilem, reprehendat, aut hoc vel alio ſimili libello lecto, ſe pro Grammatico venditet. Plura in hanc rem

§. 23. Ибо знаніе Латинскаго языка, толико похваляемое разумными и знающими людьми, состоитъ не въ однихъ только словахъ, но въ мысляхъ и словахъ вмѣстѣ, изображающихъ оныя, которыя хотя иными и берутся порознь, чему однакожъ не Латинской языкъ причиною, но тѣ, которыя дѣлаютъ такое неправильное раздѣленіе. И ежели порочить кого за прилѣжность къ Латинскому языку, то порочить должно тѣхъ, которые знаніе сего языка полагаютъ въ однихъ только словахъ, изреченіяхъ, пословицахъ и цвѣткахъ онаго; а не тѣхъ, которые, преподавая Латинской языкъ, пріучаютъ юношество къ благопристойности, людскости, къ тонкому чувствованію того, что честно и прекрасно, и къ познанію древнихъ происшествій; которые показываютъ путь къ Краснорѣчію и Стихотворству; и которые наконецъ производятъ въ юношахъ способность понимать и разсуждать, и наставляютъ ихъ благоразумію въ словахъ и дѣлахъ; чему всему научиться можно изъ Латинскихъ писателей.

§. 24. Симъ образомъ, кажется, довольно нами показано въ предосторожность какъ отъ того, чтобъ Латинской языкъ не считать неупотребительнымъ нынѣ и безполезнымъ, такъ и отъ того, чтобъ, по прочтеніи сей, или подобной ей книжки, не вы-

rem

rem disputare noluimus, praesertim cum complures viri docti id idoneis argumentis et exemplis iam dudum comprobauerint. Missis ergo ambagibus, statim accedamus ad Etymologiam, de qua hic agere promisimus.

§. 25.

De Etymologia in uniuersum.

Etymologia est pars Grammaticae, quae originem et notiones vocabulorum, eorumque naturam tradit. Etymologiae vocabulum origine Graecum est. Compositum est ex duobus vocabulis, ἔτυμος, *verus*, et λόγος, *oratio*. Etymologiam Cicero appellat *Notationem*, Quintilianus *Originationem*.

§. 26. Ac ea quidem pars Etymologiae, quae originem et notiones vocum spectat, quoniam infinitum foret de singulis vocabulis agere, et quia libelli Grammatici, tironibus scripti, haud raro vel sic propter molem reprehenduntur, in Grammatica omitti solet. De iis enim exponitur in Lexicis, quae ipsa quoque Grammaticis annumeranda sunt. Ergo restat altera pars, quae naturam singularum vocum, earumque mutationes spectat.

давалъ себя кто за совершеннаго Грамматика. Въ подробное розысканіе о семъ не хотѣли мы вступить, потому наипаче, что многіе ученые мужи утвердили то надлежащими доводами. Почему, оставя околичности, по обѣщанію нашему, приступимъ теперь къ самой Этимологіи.

§. 25.

Объ Этимологіи вообще.

Этимологія есть часть Грамматики, показывающая, какъ находить начало, значеніе и свойство каждой рѣчи. Происходитъ отъ двухъ Греческихъ словъ, ἔτυμος, *истинный*, и λόγος, рѣчь, почему, въ разсужденіи начала своего, есть слово Греческое, которое Цицерономъ называется *Notatio* (Примѣчаніе), а Квинтиліаномъ *Originatio* (Начинаніе.)

§. 26. Но какъ безконечное есть дѣло, предлагать о началѣ всякаго слова, и притомъ Грамматическія книги, писанныя для начинающихъ учиться, осуждаются не рѣдко, или для одного своего обширнаго содержанія, то въ Грамматикѣ часть Этимологіи, касающаяся до произведенія и значеній словъ, обыкновенно опускается. Ибо они означаются въ Лексиконахъ, которые и сами къ Грамматикамъ причисляемы быть должны. Слѣдовательно остается только другая часть, принадлежащая до свойства и перемѣнъ каждой рѣчи.

§. 27. Vocabula, quae orationem efficiunt ac propterea partes orationis appellantur, numerantur omnino octo: 1) *Nomen.* 2) *Pronomen.* 3) *Verbum.* 4) *Participium.* 5) *Aduerbium.* 6) *Praepositio.* 7) *Coniunctio.* 8) *Interiectio.*

§. 28. Nonnulli *Interiectionem* adnumerant *Aduerbio*, *Participium* autem *Verbo.* Ergo tantum sex orationis partes numerant. Sunt quoque, qui *Aduerbium*, *Praepositionem*, *Coniunctionem* et *Interiectionem* communi nomine *particularum* comprehendant. Octo illae partes orationis hoc versu continentur.

Vae tibi ridenti, quia tox post gaudia flebis.

§. 29. Ex illis octo partibus orationis quatuor priores sunt *flexibiles*, seu *declinabiles*; quatuor posteriores *inflexibiles*, seu *indeclinabiles.* Appellantur autem *flexibiles*, quia vel per declinationes, vel per coniugationes flecti possunt.

§. 30. Omne vocabulum est vel *Primitiuum*, vel *Deriuatiuum.* *Primitiuum*, quod a nullo alio vocabulo deriuatur, vt 1. *Lux*, 2. *domus*, 3. *clamo.* *Deriuatiuum*, quod ab alio vocabulo suam originem trahit, vt 1. *Lucidus* a *luce*, 2. *domesticus* a *domo*, 3. *clamito* a *clamo.*

§. 31. Vocabula porro sunt vel *simplicia*, vel *com-*

§. 27. Словъ, составляющихъ рѣчь, и потому называющихся частями рѣчи, числится вообще восемь: 1) *Имя*, 2) *Мѣстоименіе*, 3) *Глаголъ*, 4) *Причастіе*, 5) *Нарѣчіе*, 6) *Предлогъ*, 7) *Союзъ*, 8) *Междометіе.*

§. 28. Нѣкоторые *Междометіе* причисляютъ къ *Нарѣчію*, а *Причастіе* къ *Глаголу*, и такимъ образомъ считаютъ только шесть частей рѣчи. Находятся также, которые *Нарѣчіе*, *Предлогъ*, *Союзъ* и *Междометіе* заключаютъ подъ общимъ именемъ *частицъ.* Восемь оныя части рѣчи содержатся въ слѣдующемъ стихѣ:

Vae tibi ridenti, quia tox post gaudia flebis.

§. 29. Изъ оныхъ осьмичастей рѣчи первыя четыре суть *перемѣняемыя*, или *склоняемыя*; а послѣднія четыре *неперемѣняемыя*, или *несклоняемыя.* *Перемѣняемыми* жъ почитаются для того, что перемѣняются по склоненіямъ и спряженіямъ.

§. 30. Всякое слово есть, либо *первообразное*, либо *производное.* *Первообразное* то, которое ни отъ какого другаго слова не происходитъ, какъ, 1. *свѣтъ*, 2. *домъ*, 3. *кричу.* *Производное*, которое заимствуетъ свое начало отъ другаго, какъ, 1. *свѣтлый* отъ *свѣта*, 2. *домашній* отъ *дому*, 3. *покрикиваю* отъ *кричу.*

§. 31. Слова еще суть, или *простыя*, или *сложныя.* *Pro-*

posita

posita. *Simplicia* sunt, quae nequeunt in duo, aut plura vocabula diuidi et solui, vt 1. *seruus*, 2. *homo*, 3 *ego*, 4. *tu*. *Composita*, quae ex duobus, aut pluribus vocabulis constant, adeoque separari possunt, vt 1. *in doctus*, 2. *ego-met*, 3. *per-lego*, 4. *namque*. Nonnulli ea vocabula, quae ex pluribus vocabulis composita sunt, *decomposita* appellant, vt, 1. *in de fissus*. Alii etiam *decomposita* appellant vocabula, quae ex duabus praepositionibus et tertio vocabulo constant, vt, 1. *super-im-pono*.

§. 32. In vocabulis flexibilibus notanda sunt etiam, *Analogia*, *Anomalia*, *Numerus*, et *Persona*.

§. 33. *Analogia* appellatur, cum vocabula secundum regulas flectuntur, vt 1. *mensa*, *mensae*; 2. *amo*, *amas* etc.

§. 34. *Anomalia* appellatur, cum recedunt a vulgari consuetudine et regula, vt 1. *locus*, *loci* et *loca*; 2. *caelum*, *caeli*, 3. *fero*, *tuli*, *latum*, *ferre*.

§. 35. Numerus est, vel *singularis*, cum de vno sermo est: vt 1. *mensa*, 2. *ego*, 3. *doceo*; vel *pluralis*, cum de duobus, aut

стыя, которыя не могутъ раздѣлиться на два, или, больше словъ, какъ, 1. слуга, 2. *человѣкъ*, 3. *я*, 4. *ты*. *Сложныя*, которыя составляются изъ двухъ, или многихъ словъ, и потому раздѣляться могутъ, какъ 1. *не-ученый*, 2. *я*, 3. *про-читываю*, 4. *ибо*. Нѣкоторыми слова, сложенныя изъ многихъ словъ, называются *пресложными*, какъ, 1. *не-у-тружденный*. Иные также за *Пресложныя* принимаютъ и тѣ слова, которыя состоятъ въ двухъ предлогахъ и третьемъ словѣ, какъ, 1. *сперху-на-кладываю*.

§. 32. Въ перемѣняемыхъ словахъ надлежитъ еще примѣчать, *Сходство*, *Несходство*, *Число и Лицо*.

33. *Сходство* есть, когда слова въ премѣненіи при концѣ съ общимъ правиломъ сходствуютъ, какъ 1. *столъ*, *столы*; 2. *люблю*, *любишь* и проч.

§. 34. *Несходство* есть, когда слова въ премѣненіи отступаютъ отъ общаго употребленія правилъ, какъ; 1. *мѣсто*, *мѣста*; 2. *небо*, *небеса*; 3. *несу*, *несъ*, *нося*, *несть*.

§. 35. Число есть двоякое, либо *единственное*, когда говорится объ одномъ: какъ 1. *столъ*, 2. *я*, 3. *учу*; либо, *множественное*, когда говорится о двухъ, или

pluri-

pluribus loquimur, vt 1. *mensae*, 2. *nos*, 3. *nocemus*.

a) Sunt etiam vocabula singularis numeri, quae pluralitatem notent. Ea vulgo appellantur *collectiua*, vt 1. *exercitus*, 2. *turba*, 3. *concio*, 4. *coetus*. Et contra sunt vocabula pluralis numeri, significatione singulari, vt 1. *nuptiae*, 2. *nundinae*, 3. *moenia*.

b) Etiam nomina propria habere possunt pluralem, cum ea pluribus sunt communia, vt 1. *Tres Xerxes* et *duo Artaxerxes*. *Nepos de Regib. c.* 1. §. 3. 2. *Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones, Martial. l.* 8. *Epigr.* 56. *v.* 5. Id imitantur quoque alia vocabula, vt 1. *Lunae*, 2. *Soles*, 3. *mundi*, loco 1. *Sol*, 2. *Luna*, 3. *mundus*.

§. 36. Persona est, vel *prima*, cui addi potest in singulari numero *ego*, in plurali *nos*: vt 1. *ego loquor*, 2. *nos loquimur*. *Secunda*, cui iungi potest *tu* et *vos*: 1. *Tu loqueris*, 2. *vos loquimini*. *Tertia*, quae admittit *ille* et *illi*: 1. *ille docet*, 2. *illi docent*.

§. 37.

De Nomine.

Nomen est appellatio personae, aut rei vel 1) *per se*,

многихъ, какъ 1. *столы* 2. *мы*, 3. *учимъ*.

а) Нѣкоторыя имена въ единственномъ числѣ значатъ множество, каковыя вообще суть *собирательныя*, какъ 1. *войско* 2. *сборище*, 3. *ученіе*, 4. *собраніе*. Напротивъ того нѣкоторыя во множественномъ числѣ изображаютъ одну вещь, какъ 1. *свадьба*, 2. *ярмонка*, 3. *стѣны городскія*.

b) Нѣкоторыя также имена собственныя могутъ имѣть множественное число, когда они многимъ общія, какъ 1. *Три Ксеркса и два Артаксеркса. Непот. о Цар. г* 1. § 3. 2. *Да будутъ Меценаты, не будетъ недостатка, о Флакк, въ Маронахъ. Марціал. к.* 8. *Эпигр.* 59. *с.* 5. Сему послѣдуютъ и другія слова, какъ 1. *Луны*, 2. *Солнцы*, 3. *миры*, вмѣсто 1. *Луна*, 2. Солнце, 3. міръ.

§. 36. *Лицо* есть *троякое*. Первое, къ которому можно приложить въ единственномъ числѣ *ego*, *я*, а во множественномъ *nos*, *мы*: какъ 1. *я говорю*, 2. *мы говоримъ*. *Второе*, совокупляемое съ *tu*, *ты* и *vos*, *вы*, какъ 1. *Ты говоришь*, 2. *вы говорите*. *Третіе*, принимающее *ille*, *онъ* и *illi* *они*, какъ 1. *онъ учитъ*, 2. *они учатъ*.

§ 37.

О имени

Имя есть наименованіе лица, или вещи, либо, 1) *чрезъ*

vel 2) *ratione qualitatis.* Prius appellatur *substantiuum*, vt 1. *pater*, 2. *mensa*; posterius *adiectiuum*, vt 1. *bonus*, 2. *malus*, 3. *niger.*

Quoniam pueri definitiones philosophicas vocabulorum technicorum nondum capiunt: praeceptores pluribus exemplis commemorandis efficere debent, vt intelligantur. Id hic semel in vniuersum monitum sit.

§. 38. In nomine perpenduntur haec: 1) *Qualitas*; 2) *Motio*; 3) *Comparatio*; 4) *Genus*; 5) *Declinatio*, 6) *Casus*; 7) *Species*, 8) *Figura.*

De singulis hic deinceps expositum est.

§. 39.

De qualitate nominum, seu de nomine substantiuo et adiectiuo.

Substantiuum est eiusmodi vocabulum, quod per se intelligi potest, quod personam, aut rem significat, vt 1. homo, 2. lapis, 3. caelum.

Adiectiuum est eiusmodi vocabulum, quod sine substantiuo recte intelligi nequit, quodque nomini substantiuo adiicitur ad declarandam eius qualitatem.

себя, либо 2) *въ разсужденіи качества.* Первое называется *существительнымъ*, какъ 1. *отецъ*, 2. *столъ*; а послѣднее *прилагательнымъ*, какъ 1. *добрый*, 2. *злой*, 3. *черной.*

Понеже для малолѣтныхъ не понятны еще Философскія опредѣленія Техническихъ словъ: то учители приведеніемъ многихъ примѣровъ должны дѣлать ихъ вразумительными; и сіе однажды на всегда сказано да будетъ.

§. 38. При имени примѣчаются слѣдующія восемь вещей: 1) *Качество*, 2) *Движеніе*, 3) *Уравненіе*, 4) *Родъ*, 5) *Склоненіе*, 6) *Падежъ*, 7) *Видъ*, 8) *Начертаніе.*

О всѣхъ сихъ порознь здѣсь наконецъ предложено.

§. 39.

О Качествѣ именъ, или, о имени существительномъ и прилагательномъ.

Существительное есть такое слово, которое само по себѣ вразумительно, и показываетъ лицо, или вещь, какъ 1. *человѣкъ*, 2. *камень*, 3. *небо.*

Прилагательное такое, котораго безъ существительнаго прямо разумѣть не можно, и которое прилагается къ оному для того, чтобъ

lita-

litatem, vt 1. *bonus*, 2. *malus*, 3. *pellucidus*, 4. et *bonus vicinus*, 5. *malus animus*, 6. *pelucidus lapillus*.

§. 40. Substantiuum est, vel *proprium*, quod aut vni, aut certe paucioribus tribuitur, vt 1. *Cicero*, 2. *Roma*, 3. *Tiberis*: vel *appellatiuum*, quod pluribus commune est, vt 1. *homo*, 2. *vrbs*, 3. *equus*, 4. *mensa*.

§. 41. *Adiectiuum* est vel *vnius terminationis*, vt 1. *prudens*; vel *duarum*, vt 1. *omnis*, 2. *omne*; vel *trium*, vt 1. *bonus*, 2. *bona*, 3. *bonum*.

§. 42. Adiectiuum est etiam vel *comparabile*, vel *incomparabile*. *Comparabile*, quod respectu significationis per certos gradus augmentum accipit et mutationem terminationis patitur, vt

1. *Doctus*, 2. *doctior*, 3. *doctissimus*; 1. *Fortis*, 2. *fortior*, 3. *fortissimus*; 1. *Sapiens*, 2. *sapientior*, 3. *sapientissimus*.

§. 43. *Incomparabile* vocatur, quod nullum tale augmentum capit, nec per gradus comparationis

объяснить его качество, какъ, 1. *добрый*, 2. *злой*, 3. *прозрачный*, 4. *добрый сосѣдъ*, 5. *злой духъ*, 6. *прозрачный камушекъ*.

§. 40. Существительное раздѣляется на *собственное*, приписываемое, или одному, или очень немногимъ, какъ, 1. *Цицеронъ*, 2. *Римъ*, 3. *Тиврь*; и *нарицательное*, общее многимъ, какъ 1. *человѣкъ*, 2. *городъ*, 3. *лошадь*, 4. *столъ*.

§. 41. *Прилагательное* бываетъ, или, *одного окончанія*, какъ 1. *благоразумный*; или *двухъ*, какъ 1. *ый*, *ая*, 2. *ое*; или *трехъ*, какъ 1. *добрый*, 2. *добрая*, 3. *доброе*.

§. 42. Прилагательное также находится, либо, *урапняемое*, либо *неурапняемое*. *Урапняемое* есть то, которое въ разсужденіи значенія умножается по извѣстнымъ степенямъ и перемѣняется въ окончаніи, какъ

1. *Ученый*, 2. *ученѣйшій*, 3. *преученый*; 1. *храбрый*, 2. *храбрѣйшій*, 3. *прехрабрый*, 1. *мудрый*, 2. *мудрѣйшій*, 3. *премудрый*.

§. 43. *Неурапняемое* именуется то, которое не умножается, и не перемѣняется

пи-

mutatur, vt 1. almus, 2. memor, 3. omnis.

§. 44. Adiectiuum quoque appellari potest vel *proprium*, quod vni, aut paucioribus rebus et personis conuenit, vt *Lyaeus* de Bacche, *Cyllenius* de Mercurio, *Saturnia* de Iunone, vel *appellatiuum*, quod pluribus personis, aut rebus iungi potest, vt 1. *magnus*, 2. *paruus*, 3. *longus*.

§. 45.

De motione nominum substantiuorum et adiectiuorum.

Motio nominum cum *substantiuorum*, tum *adiectiuorum* fit, cum propter genus terminatio mutatur.

§. 46. *Motio substantiui fit*, cum mutata terminatione, ex masculino fit femininum, vt 1. *Rex*, *Regina*, 2. *Dominus*, *Domina*.

§. 47. Mutatio terminationis, pro diuersitate vocabulorum, diuersa est. Sunt vero terminationes hae: *a*, *ia*, *ina*, *ita*, *ix*, *us*, *is*, *aena*, *issa*, *tria*, et in gentilibus nominibus, *is*, *as*, *sa*, *etc.* vt 1. *Herus*, *hera*, 2. *seruus*, *serua*, 3. *Ceruus*, *Cerua*, 4. *famulus*, *famula*, 5. *magister*, *magistra*, 6. *victor*, *victrix*,

по степенямъ уравненія, какъ 1. *питающій*, 2. *памятливый*, 3. *псякій*.

§. 44. Прилагательное можетъ называться, или *совстепеннымъ*, когда оно приличествуетъ одному, или не многимъ лицамъ и вещамъ; или *нарицательнымъ*, когда можетъ приставлено быть къ многимъ лицамъ, или вещамъ, какъ 1. *великій*, 2. *малый*, 3. *длинный*.

§. 45.

О Движеніи именъ существительныхъ и прилагательныхъ.

Движеніе именъ какъ *существительныхъ*, такъ и *прилагательныхъ* бываетъ тогда, когда для рода перемѣняется окончаніе.

§. 46. *Движеніе существительнаго* бываетъ, когда, по премѣненіи окончанія, изъ мужескаго имени дѣлается женское, какъ, 1. *Царь*, *Царица*, 2. *Господинъ*, *Госпожа*.

§. 47. Перемѣненіе окончанія, по различію словъ, различно, Окончаніяжъ сіи суть: *a*, *ia*, *ina*, *isa*, *ix*, *us*, *is*, *aena*, *issa*, *tria*, и въ народныхъ именахъ, *is*, *as*, *sa* и прч., какъ 1. *хозяинъ*, *хозяйка*, 2. *слуга*, *служанка*, 3. *Олень*, *Лань*, 4. *слуга*, *служанка*, 5. *учитель*, *учительница*, 6. *мститель*, *мстительница*,

ultrix, 7. *Sybarita*, *Sybaritis*, 8. *Phoenix*, *Phoeniſſa*, etc.

§. 48. Nonnulla vocabula duplici modo mutantur. Ea appellantur *abundantia*, vt 1. *Leo*, *Leaena* et *Lea*, 2. *Thrax*, *Threſſa* et *Thraiſſa* etc.

§. 48. *Motio adiectiuorum* eſt, cum e genere in genus mouentur, vt 1. *ſimilis*, *ſimile*, 2. *bonus*, *bona*, *bonum*. Inueniuntur quoque adiectiua, quae ſimul et duarum et trium terminationum ſint. Ea etiam *abundantia* appellantur, vt 1. *imbecillis*, *imbecille*, et *imbecillus*, *imbecilla*, *imbecillum*, 2. *hilaris*, *hilare* et *hilarus*, *hilara*, *hilarum*.

§ 49. Adiectiua vnius terminationis ſunt, quae in declinatione tertia aliter terminantur, quam in *is* et *e*, vt 1. *felix*, 2. *ſapiens*, 3. *vetus*.

§. 50. Duarum terminationum ſunt adiectiua declinationis tertiae in *is* et *e*, et *comparatiua* in *or* et *us*, vt 1. *fortis*, *forte*, 2. *fortior*, *fortius*.

a) Nonnulla ſunt abundantia, quae duplicem terminationem habent *is* et *er*, vt:

мстительница, 7. *Сибаритянинъ*, *Сибаритянка*, 8. *Финикіанинъ*, *Финикіанка*, *и прч.*

§. 48. Нѣкоторыя слова перемѣняются двоякимъ образомъ и называются *изобильными*, какъ 1. *Левъ*, *Львица*, 2. *Оракіанинъ*, *Оракіанка*, и прч.

§. 48. *Движеніе прилагательныхъ* есть, когда они изъ рода въ родъ переходятъ, какъ, 1. *подобный*, *подобное*, 2. *добрый*, *добрая*, *доброе*. Находятся также прилагательныя, которыя вмѣстѣ суть и двухъ и трехъ окончаній. Они равномѣрно почитаются *изобильными*, какъ 1. *слабый*, *слабая*, *слабое*. 2. *веселый*, *веселая*, *веселое*.

§. 49. Прилагательныя одного окончанія суть тѣ, которыя въ третьемъ склоненіи иначе оканчиваются, нежели на *is* и *e*, какъ 1. *щастливый*, 2. *мудрый*, 3. *древній*.

§. 52. двухъ окончаній суть прилагательныя третьяго склоненія на *is* и *e*, и *уравнительныя* на *or* и *us*, какъ 1. *храбрый*, *храбрая*, *храброе*, 2. *храбрѣйшій*, *храбрѣйшая*, *храбрѣйшее*.

a) Есть нѣкоторыя изобилующія, которыя имѣютъ двойное окончаніе *is* и *er*. Таковыя суть:

Acer, *acris*, *acre*, *острый*, *острая*, *острое*.
Alacer, *alacris*, *alacre*, *охотливый*, *охотливая*, *охотливое*.
Celeber, *celebris*, *celebre*, *славный*, *славная*, *славное*.
Celer, *celeris*, *celere*, *скорый*, *скорая*, *скорое*.
Campeſter, *campeſtris*, *campeſtre*, *полевый*, *полевая*, *полевое*.

Eque

Equeſter, equeſtris, equeſtre, рейтарскій, рейтарская, рейтарское.
Pedeſter, pedeſtris, pedeſtre, пѣшій, пѣшая, пѣшее.
Paluſter, paluſtris, paluſtre, болотный, болотная, болотное.
Salubер, ſalubris, ſalubre, спасительный, спасительная, спасительное.
Silueſter, ſilueſtris, ſilueſtre, лѣсный, лѣсная, лѣсное.
Volucer, volucris, volucre, лѣтающій, лѣтающая, лѣтающее.

b) Sed in his terminatio *er* plerumque tantum maſculino genere, terminatio *is* feminino genere vſurpatur.

b) Но въ сихъ окончаніе *er* принимается больше въ мужескомъ, а *is* въ женскомъ родѣ.

§. 51. Adiectiua trium terminationum ſunt, quae ſecundam et primam declinationem ſequuntur, et in *us*, *a*, *um*, aut *er*, *a*, *um* deſinunt. In his maſculinum et neutrum ſequitur declinationem ſecundam, femininum autem eſt primae declinationis, vt 1. *doctus*, *docta doctum*, 2. *pulcher*, *pulchra*, *pulchrum*.

§. 51. Прилагательныя трехъ окончаній суть тѣ, которыя послѣдуютъ второму и первому склоненію, и кончатся на *us*, *a*, *um*, или *er*, *a*, *um*. Изъ сихъ мужеское и среднее втораго, а женское перваго склоненія, какъ 1. *ученый, ученая, ученое*, 2. *красивый, красивая, красивое*.

a) Vnum vocabulum notari debet in *ur*, *ſatur*, *ſatura*, *ſaturum*.

a) Надлежитъ примѣчать одно слово на *ur*, *ſatur ſatura*, *ſaturum*, *сытый, сытая, сытое*.

b) Trium terminationum ſunt quoque compoſita a *centum*, vt *ducenti*, *ducentae*, *ducenta*, *trecenti*, *ae*, *a*.

b) Трехъ окончаній суть также сложенныя изъ *centum*, *сто*; какъ *ducenti*, *ducentae*, *ducenta*, *двѣсти*, *trecenti*, *ae*, *a*, *триста*.

c) Anomala ſunt 1. *alius*, 2. *duo*, 3. *ambo*, et pronomina 4. *hic*, 5. *ille*, 6. *iſte*, 7. *ipſe*, 8. *is*, 9. *qui*, 10. *quis*.

c) Несходственныя суть 1. *иной*, 2. *два*, 3. *оба*, и мѣстоименія 4. *сей*, 5. *онъ*, 6. *оной*, 7. *самъ*, 8. *тотъ*, 9. *который*, 10. *кто*.

§. 52.
De Comparatione adiectiuorum.

Comparatio appellatur, quando adiectiuorum ſignificatio augetur et terminatio per gradus mutatur, vt
Doctus, *doctior*, *doctiſſimus*. *Ученый, ученѣйшій, преученый*.

§. 52.
О Украшеніи прилагательныхъ.

Украшеніемъ называется, когда значеніе прилагательныхъ умножается и окончаніе чрезъ степени перемѣняется, какъ

a) In comparatione attendendum est ad exempla veterum scriptorum. Nam non omnium adiectiuorum comparatiuus et superlatiuus occurrit.

a) Въ уравненіи надобно смотрѣть на примѣры древнихъ писателей. Ибо не всѣхъ прилагательныхъ находятся уравнительныя и превосходныя степени.

b) Comparatio fit etiam in nonnullis participiis et aduerbiis, vt 1. *honoratus*, *honor atior*, *honoratissimus*, 2. *saepe*, *saepius*, *saepissime*.

b) Уравненіе случается и въ нѣкоторыхъ причастіяхъ и нарѣчіяхъ, какъ 1. *почтенный*, *почтеннѣйшій*, *песьма почтенный*, 2. *часто*, *чаще*, *очень часто*.

§. 53. Gradus comparationis appellantur Positiuus, Comparatiuus et Superlatiuus.

§. 53. Степеней уравненія три, *Положительной*, *Уравнительной* и *Превосходной*.

§. 54. *Positiuus* rem simpliciter sine comparatione notat, vt 1. *notus*, 2. *albus*, 3. *niger*.

§. 54. *Положительный* просто что нибудь показываетъ безъ сравненія, какъ 1. *извѣстный*, 2. *бѣлый*, 3. *черный*.

Is habet nouem terminationes, *er*, *ur*, *es*, *is*, *us*, *ns*, *ps*, *rs*, *x*, vt 1. *pulher*, 2. *satur*, 3. *locuples*, 4. *fortis*, 5. *doctus*, 6. *sapiens*, 7. *anceps*, 8. *solers*, 9. *felix*.

Онъ имѣетъ девять окончаній, *er*, *ur*, *es*, *is*, *us*, *ns*, *ps*, *rs*, *x*, какъ 1. *красивый*, 2. *сытый*, 3. *богатый*, 4. *храбрый*, 5. *ученый*, 6. *мудрый*, 7. *обоюдный*, 8. *рачительной*, 9. *щастливый*.

§. 55. *Comparatiuus* respectu positiui notat augmentum, aut excellentiam, vel, vt ita dicam, addit positiuo vim particulae *magis*, vt 1. *notior*, 2. *dulcior*, 3. *felicior*. Terminationes habet duas, *or*, quae est generis communis, *us*, quae est generis neutrius, vt 1. *notior*, 2. *notius*.

§. 55. *Уравнительный* въ разсужденіи положительнаго означаетъ нѣчто бо́льшее, или нѣкоторое преимущество, или, такъ сказать, умножаетъ положительной частицею *magis*, какъ 1. *извѣстнѣйшій*, 2. *сладчайшій*, 3. *щастливѣйшій*. Имѣетъ два окончанія, *or* общаго, и *us* средняго рода; какъ 1. *извѣстнѣйшій*, *ая*, 2. *извѣстнѣе*.

§. 56. *Superlatiuus* includit vim particulae *maxime*, notatque summum, vt 1. *doctissimus*, 2. *dulcissimus*.

§. 56. *Превосходный* заключаетъ въ себѣ преимущество предъ всѣми, и значитъ высокую степень, какъ 1. *преученый*, 2. *пресладкій*.

a) Terminatio est *vs*, *a*, *um*, *Vs*,

a) Окончанія его суть *vs*, *a*, *um*.

Vs est generis masculini, *a* feminini, *um* neutrius.

b) Nonnunquam comparatiuus, superlatiuo iunctus, hunc superat, vt 1. *stultitior stultissimo*, 2. *fortior fortissimo*.

c) Interdum particulae *per* et *prae*, positiuo iunctae, vices superlatiui sustinent, vt 1. *perdifficilis*, 2. *praediues*.

§. 57. *Comparatio adiectiuorum* est, vel regularis, vel irregularis.

§. 58.

De Comparatione regulari.

Comparatiuus a positiuo formatur regulariter per genitiuum, aut datiuum in *i*, addito *or* et *us*, vt *doctus*, gen. *docti*, comparatiuus *doctior*, *doctius*, *fortis*, dat. *forti*, comparatiuus, *fortior*, *fortius*.

§. 59. Superlatiuus fit a casu positiuo, desinente in *is*, cui additur terminatio *simus*: nisi positiuus desinat in *er*, vt *doctus*, datiuo plurali *doctis*, et superlatiuus *doctissimus*, *fortis*, *fortissimus*, *solers*, gen. *solertis*, *solertissimus*, *audax*, *audacis*, *audacissimus*.

§. 60. Adiectiua desinentia in *er*, faciunt superlatiuum addito *rimus*, vt 1. *pauper*,

Vs мужескаго, *a* женскаго, *um* средняго.

b) Иногда уравнительной, будучи соединенъ съ превосходительнымъ, имѣетъ предъ симъ преимущество, какъ 1. *глупѣе весьма глупаго*, 2. *храбрѣе весьма храбраго*.

c) Иногдажъ частицы *per* и *prae*, приставленные къ положительному, дѣлаютъ его превосходнымъ, какъ 1. *претрудный*, 2. *весьма богатый*.

§. 57. *Уравненіе прилагательныхъ* есть двоякое: *прáвильное*, и *непрáвильное*.

§. 58.

О прáвильномъ уравненіи.

Уравнительной происходитъ прáвильно изъ родительнаго, или дательнаго на *i* положительной степени чрезъ прибавленіе къ нему *or* и *us*, какъ *doctus*, *ученый*, род: *docti*, уравнительной, *doctior*, *doctius*, *fortis*, *храбрый*, дат. *forti*, уравнительный, *fortior*, *fortius*.

§. 59. Превосходный дѣлаютъ изъ падежа положительной степени, кончащагося на *is*, прибавляя *simus*, естьли положительной не имѣетъ окончанія *er*, какъ *doctus*, въ дательномъ множественномъ *doctis*, и превосходный *doctissimus*, *fortis*, *fortissimus*, *solers*, въ род. *solertis*, *solertissimus*, *audax*, *смѣлый*, *audacis*, *audacissimus*.

§. 60. Прилагательныя, кончащіяся на *er*, прибавляютъ только *rimus* къ положительной степени, и бываетъ превосходный, какъ 1. *убогій*,

pauper-

pauperrimus, 2. *acer*, *acerrimus*. Adiectiua abundantia in *er* et *is*, addunt terminationi *er*, *rimus*.

§. 61. Nonnulla adiectiua in *ilis* superlatiuum formant, addito *illimus*, vt 1. *humilis*, 2. *humillimus*, 3. *facilis*, *facillimus*.

§. 62. Adiectiua composita a verbis *dico*, *volo*, *facio*, desinentia in *dicus*, *volus*, *ficus*, in comparatiuo habent *entior*, in superlatiuo *entissimus*, vt *maledicus*, *maledicentior*, *maledicentissimus*, *beneuolus*, *beneuolentior*, *beneuolentissimus*, *magnificus*, *magnificentior*, *magnificentissimus*.

§. 63. Adiectiua, quae ante terminationem positiui in *us* vocalem habent, comparationem formant, addito *magis*, superlatiuum, addito *maxime*, vt *idoneus*, *magis idoneus*, *maxime idoneus*.

§. 64. Omnino autem in formandis comparatiuis et superlatiuis consuetudo et vsus loquendi in consilium vocari debet. A multis enim comparatiui et superlatiui contra auctoritatem veterum probatorumque scriptorum formantur. Ti-

песьма убогій, 2, *острый*, *преострый*. Прилагательныя изобилныя на *er* и *is* къ окончанію *er* принимаютъ *rimus*.

§. 61. Нѣкоторыя на *ilis* дѣлаютъ въ превосходномъ *illimus*, какъ 1. *низкій*, *песьма низкій*, 2. *легкій*, *песьма легкій*.

§. 62. Прилагательныя, кончащіяся на *dicus*, *volus*, *ficus*, и происходящія отъ глаголовъ *dico*, говорю, *volo*, хочу, *facio*, дѣлаю, имѣютъ въ уравнительномъ *entior*, а въ превосходнохъ *entissimus*, какъ *maledicus*, злословящій, *maledicentior*, *maledicentissimus*, *beneuolus*, благосклонный, *beneuolentior*, *beneuolentissimus*, *magnificus*, великолѣпный, *magnificentior*, *magnificentissimus*.

§. 63. Прилагательныя, имѣющія въ положительномъ предъ *us* какую нибудь гласную, изображаютъ уравнительной прибавленіемъ къ положительному слова *magis*, а превосходный, прибавляя слово *maxime*, vt *idoneus*, годный, *magis idoneus*, *maxime idoneus*.

§. 64. Вообще же при произведеніи уравнительныхъ и превосходныхъ надлежитъ смотрѣть на обыкновеніе и употребленіе рѣчи. Ибо многіе производятъ уравнительныя и положительныя противно правиламъ древнихъ и искусныхъ писателей. Чего ради начинающіе учиться, когда будутъ въ чемъ

rone-

rones ergo, cum dubii sunt, adire debent bonum Lexicon.

§. 65. Compositis a *per* additur in comparatiuo *multo*, aut *longe*, in superlatiuo *quam*, *multo*, *longe*, vt *perdoctus*, comparat. *multo*, aut *longe* doctior, superlat. *quam* doctissimus.

Sed adiectiua verbalia, composita cum *per*, sic formant comparatiuum et superlatiuum: *Peruagor*, inde *peruagatus*, *peruagatior*, *peruagatissimus*, *Peruulgor*, inde *peruulgatus*, *peruulgatior*, *peruulgatissimus*.

§. 66.
De Comparatione irregulari.

Comparatio irregularis appellatur, cum aut comparatiuus, aut superlatiuus secundum regulas superiores nequit formari. Interdum etiam comparatiuus et superlatiuus simul irregulares sunt, vt

1. *Bonus*, *melior*, *optimus*,
2. *Malus*, *peior*, *pessimus*,
3. *Magnus*, *maior*, *maximus*,
4. *Paruus*, *minor*, *minimus*,
5. *Nequam*, *nequior*, *equissimus*,

сомнѣвашся, имѣютъ справляться съ хорошимъ Лексикономъ.

§. 65. Сложенныя съ *per* принимаютъ въ уравнительномъ *multo*, или *longe*, а въ превосходномъ *quam*, *multo*, *longe*, какъ *perdoctus*, преученный, уравн. *multo*, aut *longe* doctior, превосх. *quam* doctissimus.

Но прилагательныя отглагольныя съ *per* дѣлаютъ уравнительной и превосходной симъ образомъ: *Peruagor*, странствую, оттуда *peruagatus*, странствопапшій, *peruagatior*, *peruagatissimus*, *Peruulgor*, объявляюсь, оттуда *peruulgatus*, извѣстный, *peruulgatior*, *peruulgatissimus*.

§. 66.
О непра́вильномъ уравненіи.

Непра́вильное уравненіе называется, когда, либо уравнительной, либо превосходной, либо и оба степени не по вышеписаннымъ пра́вилямъ изображаются, какъ

1. *Хорошій*, *лучшій*, *песьма хорошій.*
2. *Худой*, *хуждшій*, *песьма худой.*
3. *Великій*, *величайшій*, *препеликій.*
4. *Малый*, *малѣйшій*, *песьма малый.*
5. *Непотребный*, *непотребнѣшій*, *пренепотребный.*

6. *Multus*, —— *plurimus.*
7. *Multa*, —— *plurima.*
8. *Multum*, *plus*, *plurimum.*
9. *Multi*, *plures*, *plurimi.*

§. 67. Nonnulla duplicem ſuperlatiuum habent, quae *abundantia* nominantur, vt

1. *Exterus*, *exterior*, *extremus et extimus.*
2. *Inferus*, *inferior*, *infimus et imus.*
3. *Superus*, *ſuperior*, *ſupremus et ſummus.*
Такожъ у Язычниковъ Me hercle, mecaſtor, pol, aedepol, Medius fidius, и другія клятвенныя слова; но Христіанамъ надлежитъ отъ такихъ воздерживаться.

§ 16. RESTRINGENDI, ОГРАНИЧИВАЮЩІЯ, какъ:

Hactenus, доселѣ. Eatenus, потолику.
Qua, quatenus, поелику. Aliquatenus, нѣкоторымъ образомъ.

§ 17. OPTANDI, ЖЕЛАТЕЛЬНЫЯ, какъ:

Vt, vtinam, о ſi, о дабы, что бы!

§ 18. HORTANDI, УВѢЩАТЕЛЬНЫЯ, какъ:

Age, Agedum, ну! *Plur.* Agite, Agitedum, Liu. L. 7. c. 34. n. 14.
Eia, нуже. Cedo, подай.

Not-

Not. Age, agite, суть собственно Imperatiui Verbi Ago, а не Aduerbia, какъ разсуждаетъ Voſſius, L. 4. de Analogia c. 17. Нѣкоторые относятъ сюда также amabo, пожалуй, но оно есть Futurum a Verbo Amo.

19. CONGREGANDI, и SEGREGANDI, СОБИРАТЕЛЬНЫЯ И ОТДѢЛИТЕЛЬНЫЯ.

Simul, vna, вмѣстѣ.
Pariter, равно.
Promiſcue, безъ различія.
Summatim, вкратцѣ.
Cateruatim, Gregatim, кучею.
Generatim, вообще.
Coniunctim, купно.
Diuiſe, раздѣльно, по частямъ.
Seorſim, особливо.
Separatim, особливо.
Priuatim, приватно, особливо.
Speciatim, въ особливости.
Singulatim, особенно, порознь, по одному.
Sigillatim, порознь, по одному.
Gradatim, постепенно.
Partim, частію.
Oſtiatim, по воротамъ, у всякихъ воротъ.
Viritim, поголовно.
Oppidatim, по всѣмъ городамъ.
Vicatim, по улицамъ, отъ улицы, до улицы.
Domeſticatim, по домамъ, по дворамъ.
Turmatim, поротно.

20. EXCLVDENDI, ВЫКЛЮЧИТЕЛЬНЫЯ, какъ:

Solum, tantum, только.
Modo, только.
Tantummodo, только.
Vnice, единственно.
Praeciſe, коротко.

21. CORRIGENDI, ПОПРАВЛЕНІЯ.

Immo, Quinimmo, но еще, еще и, да и.
Potius, напаче.

22. ORDINIS, ПОРЯДОЧНЫЯ, какъ:

Primo, primum, во первыхъ.
Secundo, iterum, во вторыхъ.
Tertio, tertium, въ третьихъ и проч.
Deinde, deinceps, потомъ.
Ante, antea, прежде.
Poſt, poſtea, послѣ.
Porro, далѣе.
Praeterea, Inſuper, сверхъ того.
Denique, наконецъ.
Demum, сначала, вновь.
Tandem, напослѣдокъ.
Poſtremum, Poſtremo, наконецъ.

§. 318.

De ſpecie et figura aduerbiorum.

Aduerbia, reſpectu *ſpeciei* ſunt duplicia:

Primitiua, quae a nullo alio vocabulo deriuantur, vt 1. *heri*, 2. *cras*.

Deriuatiua, quae ab alio vocabulo deriuantur, vt 1. *humane*, *humaniter*, ab *humanus*.

Aduerbia ab omnibus partibus orationis poſſunt deriuari, exceptis coniunctionibus et interiectionibus.

a) A *nomine*, vt 1. *ſobrie* a *ſobrius*.

b) A *pronomine* vt 1. *iſthuc*, 2. *illuc*.

c) A *verbo*, vt 1. *caeſim* a *caedo*.

d) A *participio*, vt 1. *abundanter* ab *abundans*.

e) Ab *aduerbio*, vt 1. *ſacpiuſcule* a *ſaepe*.

f) A *praepoſitione*, vt 1. *intus* ab *in*.

Aduerbia etiam reſpectu *figurae* ſunt duplices:

Simplicia, quae non ſunt compoſita ex alio vocabulo, vt 1. *diu*.

Compoſita, quae ex alio vocabulo coniuncta ſunt, vt 1. *interdiu*, 2. *inſipienter*.

Aduerbia autem ex diuerſis partibus orationis componuntur

§. 318.

О видѣ и начертаніи нарѣчій.

Нарѣчія въ разсужденіи *вида* суть двоякія:

Первообразныя, которыя ни отъ какого другаго слова не происходятъ, какъ 1. *вчера*, 2. *завтра*.

Производныя, которыя отъ другаго слова происходятъ, какъ 1. *благосклонно*, *любопно* отъ *человѣческій*.

Нарѣчія можно производить отъ всѣхъ частей рѣчи, кромѣ союзовъ и междометій.

a) Отъ *имени*, какъ 1. *трезво* отъ *трезвый*.

b) Отъ *мѣстоименія*, какъ 1. *здѣсь*, 2. *тамъ*.

c) Отъ *глагола*, какъ 1. *рубя* отъ *рублю*.

d) Отъ *причастія*, какъ 1. *изобильно* отъ *изобилующій*.

e) Отъ *нарѣчія*, какъ 1. *частенько* отъ *часто*.

f) Отъ *предлога*, какъ 1. *внутри* отъ *in*, *въ*.

Нарѣчія также и по *начертанію* суть двоякія:

Простыя, которыя не сложены изъ другаго слова, какъ 1. *долго*.

Сложныя, которыя сложены изъ другаго слова, какъ 1. *днемъ*, 2. *неразумно*.

Слагаютсяжъ нарѣчія изъ различныхъ частей рѣчи

a)

a) Ex *binis nominibus*, vt 1. *magnopere.*

b) Ex *nomine* et *pronomine*, vt 1. *hodie* ex *hoc* et *die.*

c) Ex *nomine* et *aduerbio*, vt *ſaepenumero*, ex *ſaepe* et *numero.*

d) Ex *nomine* et *praepoſitione*, vt *denuo* ex *de* et *nouo.*

e) Ex *pronomine* et *praepoſitione*, vt 1. *poſtea* ex *poſt* et *ea.*

f) Ex *verbo* et *aduerbio*, vt 1. *quolibet*, 2. *vbiuis.*

g) Ex *binis verbis*, vt 1. *ilicet* ex *ire* et *licet.*

h) Ex *binis aduerbiis*, vt *ſicuti* ex *ſic* et *vti.*

i) Ex *aduerbio* et *coniunctione*, vt 1. *ſiquando* ex *ſi* et *quando.*

k) Ex *praepoſitione* et *aduerbio*, vt *perſaepe*, ex *per* et *ſaepe.*

l.) Cum *ſyllabicis adiectionibus*, vt 1. *vbique*, 2. *ibidem.*

Nota. Quaedam aduerbia duplicem habent terminationem, vt *Veſpere* et *veſperi*, *вечеру*, *primo* et *primum*, *по первыхъ*, *dure* et *duriter*, *твердо*, *жестоко*, *poſtremo*, et *poſtremum*, *наконецъ.*

a) Изъ *двухъ именъ*, какъ 1. *пёсьма.*

b) Изъ *имени* и *мѣстоименія*, какъ 1. *сеподни* изъ *сего* и *дни.*

c) Изъ *имени* и *нарѣчія*, какъ *ſaepenumero*, *многократно* изъ *ſaepe*, *часто*, и *numero*, *число.*

d) Изъ *имени* и *предлога*, какъ *denuo*, *снова* изъ *de*, *отъ* и *nouo*, *новый.*

e) Изъ *мѣстоименія* и *предлога*, какъ 1. *послѣ того* изъ *послѣ* и *того.*

f) Изъ *глагола* и *нарѣчія*, какъ 1. *худанибудь*, 2. *поздѣ.*

g) Изъ *двухъ глаголовъ*, какъ 1. *итти полно* изъ *итти* и *полно.*

h) Изъ *двухъ нарѣчій*, какъ *ſicuti*, изъ *ſic*, *такъ* и *vti*, *какъ.*

i) Изъ *нарѣчія* и *союза*, какъ 1. *естьли когда* изъ *естьли* и *когда.*

k) Изъ *предлога* и *нарѣчія*, какъ *perſaepe*, *очень часто* изъ *per*, *чрезъ* и *ſaepe*, *часто.*

l.) Съ *сложными прибавленіями*, какъ 1. *поздѣ*, 2. *тамъ же.*

Примѣчаніе. Нѣкоторыя нарѣчія имѣютъ двойное окончаніе, какъ

§. 319.

De comparatione aduerbiorum.

Multa aduerbia, ea inprimis, quae ab adiectiuis

§. 319.

О упапненіи нарѣчій.

Многія нарѣчія, особливо происходящія отъ прилагатель-

com-

comparabilibus deriuantur, habent *comparatiuum* in *us* et *superlatiuum* in *me*, vt

ныхъ уравняемыхъ, имѣютъ *уравнительный* на *us* и *превосходный* на *me*, какъ

Docte, разумно, *doctius*, разумнѣе, *doctissime*, песьма разумно.

Fortiter, храбро, *fortius*, храбрѣе, *fortissime*, песьма храбро.
Bene, хорошо, *melius*, лучше, *optime*, песьма хорошо.
Male, худо, *peius*, хуже, *pessime*, песьма худо.
Parum, мало, *minus*, меньше, *minime*, песьма мало.

Solus comparatiuus *magis* excipitur, qui non in *us*, sed in *is* desinit.

Выключается одинъ уравнительный *magis*, болѣе, кончащійся не на *us*, но на *is*.

Comparantur etiam non nulla aduerbia primitiua, vt

Уравняются и первообразныя нѣкоторыя нарѣчія, какъ

Saepe, часто, *saepius*, чаще, *saepissime*, песьма часто.
Diu, долго, *diutius*, долше, *diutissime*, песьма долго.

Reperiuntur quoque aduerbia, quae non omnes gradus habent.

Находятся также нарѣчія, которыя не всѣ степени имѣютъ.

a) *Positiuo* carent:

a) *Положительнаго*:

Magis, больше, *maxime*, наипаче.
Ocius, скорѣе, *ocissime*, песьма скоро.

b) *Comparatiuo* carent:

b) *Уравнительнаго*:

Pene, почти, *penissime*, чуть чуть.
Nuper, недавно, *nuperrime*, песьма недавно.

c) *Superlatiuo* carent:

c) *Превосходнаго*:

Satis, довольно, *satius*, лучше.
Secus, инако, *secius*, иначе.

§. 320.

De Praepositionibus.

Praepositiones sunt vocabula, quae plerumque nominibus et pronominibus praeponuntur accertum casum nominum postulant, vt 1. *ad me venias*, 2. *ex schola venio*.

§. 320.

О Предлогахъ.

Предлоги суть такія слова, которыя обыкновенно полагаются предъ именами и мѣстоименіями и требуютъ извѣстнаго падежа именъ, какъ 1. *приди ко мнѣ*, 2. *изъ школы прихожу*.

Nota. a) Interdum praepositiones casibus suis postponuntur, vt

Примѣчаніе. a) Иногда предлоги полагаются послѣ своихъ падежей, какъ

Hanc

Hanc iuxta locum fecerunt sub terra, подлѣ сея сдѣлали мѣсто подъ землею, *quo de nunc agimus*, о чемъ теперь говоримъ.

b) Interdum medium locum occupant, vt 1. *quam ob causam.*

b) Иногда среднее мѣсто занимаютъ, какъ 1. для чего.

c) Si praepositio verbo praeponitur, istud verbum fit compositum, vt 1. *aduenio*, 2. *transmitto.*

c) Естьли предлогъ поставляется предъ глаголомъ, то оной глаголъ бываетъ сложнымъ, какъ 1. прихожу, 2. пересылаю.

Praepositiones sunt
vel *separabiles.*
vel *inseparabiles.*

Предлоги суть
или *раздѣльные*,
или *нераздѣльные.*

Separabiles separatim licet adhibere eaque vel *accusatiuum* vel *ablatiuum* vel vtrumque *casum* nominis regunt.

Раздѣльные могутъ одни стоять и оные либо *винительный*, либо *творительный* либо и оба *падежа* имени принимаютъ.

I) ACCVSATIVVM regunt

I) ВИНИТЕЛЬНЫЙ принимаютъ

Ad, къ, ко, до.
Apud, у, при.
Ante, предъ, прежде.
Aduersus, Aduersum } противъ.
Cis, Citra } по сю сторону.
Circum, Circa } около, вкругъ.
Circiter, почти, около.
Contra, противъ.
Erga, къ, противъ.
Extra, внѣ, за.
Intra, внутрь.
Infra, внизу, подъ.
Inter, между.
Iuxta, подлѣ.
Ob, для, ради.
Penes, подлѣ.
Per, чрезъ.
Pone, позади, послѣ, по.
Post, послѣ, по.
Praeter, кромѣ, сверьхъ, мимо.
Prope, близъ, подлѣ.
Propter, для, ради.
Secundum по (чему), въ силу.
Secus, подлѣ, при.
Supra, выше, надъ.
Trans, за, по ту сторону.
Versus, къ, въ сторону.
Vltra, за, по ту сторону.
Vsque, даже, до, по.

Nota. a) *Per* in compositione aut auget significationem, vt in *peramus*, aut significatio-

Примѣчаніе. a) *Per* въ сложеніи или умножаетъ знаменованіе, какъ въ *peramus*, препріятный, или

nem

nem contrariam efficit, vt in *perfidus*, *periurus*.

b) *Ob* in compoſitione interdum omittit *b*, vt *omitto*: interdum *s* adſciſcit, vt *obſoleo*.

II.) ABLATIVUM regunt

A, ab, abs, отъ.
Absque, безъ.
Cum, съ (чемъ).
Clam, отай, втай, тайно.
Coram, предъ, при, въ присутствіи.
De, о, объ.
Ex, изъ, съ, (чего).

Nota. a) *A* et *E* nunquam ante vocalem ponuntur, ſed *ab* et *ex*, vt *ab illo*, *ex eo*.

b) *Ab* plerumque ponitur ante vocalem. Saepe tamen reperitur etiam ante conſonantem, vt *ab ſenatu*, *ab multitudine*.

c) *Ex* et ante vocalem et ante conſonantem locum habet.

d) Cum de cauſa efficiente agitur, adhibetur *a* aut *ab*: cum vero res vel iudicatur, vel de ea agitur, vel ea tractatur, adhibendum eſt *de*.

e) *Abs* non niſi ante *c. t.* et *q.* ponitur.

f) *De* et *ex* in compoſitione modo imminutio-

противное дѣлаетъ, какъ въ *perfidus*, *непѣрный*, *periurus*, *клятопреступный*.

b) *Ob* въ сложеніи иногда теряетъ *b*, какъ *omitto*, *опускаю*: иногдажъ еще *s* принимаетъ, какъ *obſoleo*, *выхожу изъ употребленія*.

II) ТВОРИТЕЛЬНЫЙ принимаютъ

Pro, за, про, вмѣсто.
Prae, предъ.
Palam, явно, въявъ.
Procul, далеко.
Simul, вмѣстѣ.

Sine, безъ.
Tenus, до, по (кое мѣсто).

Примѣчаніе. a) *A* и *E* никогда не поставляются предъ гласною, но *ab* и *ex*, какъ *ab illo*, *отъ него*, *ex eo*, *изъ того*.

b) *Ab* обыкновенно полагается предъ гласною. Однакожъ часто находится и предъ согласною, какъ *ab ſenatu*, *отъ сената*, ab *multitudine*, *отъ множества*.

c) *Ex* и предъ гласною и предъ согласною имѣетъ мѣсто.

d) Когда говорится о дѣйствующей причинѣ, тогда употребляется *a* или *ab*: ежелижъ разсуждается о вещи, то употреблять должно *de*.

e) *Abs* поставляется только предъ *c. t.* и *q.*

f) *De* и *ex* въ сложеніи либо уменьшеніе показываютъ,

нем

nem notant, vt in *demens*, *exsanguis*, modo augent significationem, vt in *exclamo*, *demiror*.

g) *Prae* interdum notat per, vt 1. *praedines*.

h) *Tenus* casibus suis postponitur, vt 1. *verbotenus*. Iungitur interdum etiam genitiuis pluralibus, vt 2. *crurum tenus*.

i) *Clam* apud Plautum etiam accusatiuo iungitur, vt 1. *clam patrem*.

III.) Vtrumque casum regunt
In, въ, на.
Sub, подъ.

Nota. a) *In* in compositione modo negat, vt 1. *indoctus*: modo auget, vt 2. *infractus*.

b) *Sub* in compositione modo aliquid clandestini notat, vt 1. *subduco me*: modo minuit, vt 2. *subtristis*.

Praepositiones *inseparabiles* nullum casum regunt, nec vsquam nisi in compositione reperiuntur.

Sunt autem quinque:
Am, о, об, омъ, *com*, со, съ, зъ, *dis*, раз, *re*, омъ, по, паки, *se*, раз, без, отъ.

a) *Am* interdum etiam mutatur in *an*. Vt 1. *anhelo*. Sed ante vocales *a*, *e*, *i*, *u*, adsciscit *b*, vt 2. *ambo*.

как въ *demens*, безумчый, *exsanguis*, безкровный, либо умноженіе, какъ въ *exclamo*, громко кричу, *demiror*, песьма удивляюся.

g) *Prae* иногда значитъ тоже что *per*, какъ 1. превогатый.

h) *Tenus* ставится позади своихъ падежей, какъ 1. до слопа. Сочиняется также иногда съ родительными множественными, какъ 2. по голени.

i) *Clam* у Плавта находится и съ винительнымъ, какъ 1. отай отца.

III.) Оба падежа принимаютъ
Super, на, надъ.
Subter, подъ.

Примѣчаніе. a) *In* въ сложеніи либо отрицаетъ, какъ 1. неученый: либо увеличиваетъ, какъ 2. переломленный.

b) *Sub* въ сложеніи либо нѣчто тайное показываетъ, какъ 1. ухожу тихонько: либо уменьшаетъ, какъ 2. нѣсколько печальный.

Предлоги нераздѣльные не принимаютъ никакого падежа и только въ сложеніи находятся.

Оныхъ пять:

в) *Am* иногда также перемѣняется на *an*. Какъ 1. отдышку имѣю. Но предъ гласными *a*, *e*, *i*, *u*, принимаетъ *b*, какъ 2. обхожу.

b)

b) *Com* idem fere eſt, quod *cum*. Littera finalis *m* retinetur ante *b. m. p.*, vt 1. *Combibo*. Ante reliquas conſonantes *m* vel mutatur in *n*, vt 2. *conuenio*, vel in proxime ſequentem litteram, vt 3. *collaudo*. Ante litteram *h.* et ante vocales *m* eliditur, vt 4. *coaleſco*. Excipe 5. *comedo*. Interdum etiam contrahitur, vt 6. *cogo* pro *coago*.

c) *Dis* Interdum *ſ* mutat in *f*, vt 1. *differo*. In nonnullis abiicitur, vt 2. *diminuo*.

d) *Re* Interdum aſſumit *d*, cum vocalis ſequitur, vt 1. *redeo*.

e) *Se* in *ſo* mutatum videtur in 1. *ſocors*.

f) Iſtis praepoſitionibus inſeparabilibus nonnulli addunt *ne* et *ve* ſignificatione priuatiua, vt 1. *nefas*, 2. *vecors*.

Cum praepoſitiones caſibus ſuis carent, habentur pro aduerbiis, vt 1. *longo poſt tempore*.

Praepoſitiones aliae ſunt *primitiuae*, vt 1. *in*, 2. *ex*, 3. *cis*: aliae *derinatiuae*, vt 4. *intra*, 5. *extra*.

b) *Com* тоже почти есть, что *cum*. Конечная буква *m* удерживается предъ *b. m. p.*, какъ 1. *буду обходить*. Предъ прочими согласными перемѣняется либо на *n*, какъ 2. *схожусь*, либо на ближайшую букву, какъ 3. *похваляю*. Предъ буквою *h.* и предъ гласными выпускается, какъ 4. *срастаюся*. Выключается 5. *ѣмъ*. Иногда и сокращается, какъ 6. *принуждаю*.

c) *Dis* Иногда *ſ* перемѣняетъ на *f*, какъ 1. *разнюся*; иногда совсѣмъ отметаетъ, какъ 2. *уменьшаю*.

d) *Re* иногда принимаетъ къ себѣ *d*, когда гласная слѣдуетъ, какъ 1. *возвращаюсь*.

e) *Se* in *ſo* перемѣнено кажется въ 1. *нерадивый*.

f) Къ онымъ нераздѣльнымъ предлогамъ нѣкоторые присовокупляютъ еще *ne* и *ve* въ недостаточномъ знаменованіи, какъ 1. *неправда*, 2. *безумный*.

Предлоги, лишаясь своего падежа, употребляются какъ нарѣчія. На пр. 1. *спустя горазда*.

Предлоги иные суть *первообразные*, какъ 1. *въ*, *на*, 2. *изъ*, 3. *по сю сторону*: иные *производные*, 4. *внутри*, 5. *внѣ*.

Praepo-

Praepositiones omnes sunt *figurae simplicis*, quoniam ex nullo alio verbo componuntur. Solum *absque* est *figurae compositae*.

Nota. a) Binae praepositiones compositae aduerbia sunt, vt 1. *insuper*, 2. *desuper*.

b) Interdum in vna formula loquendi duae praepositiones deinceps occurrunt, vt

Предлоги всѣ суть *начертанія простаго*, поколику они ни изъ какого другаго слова не сложены. Одно только *absque* есть *сложнаго начертанія*.

Примѣчаніе. a) Два предлога сложные получаютъ видъ нарѣчій, какъ 1. *къ тому жъ*, 2. *сверьху*.

b) Иногда въ одной рѣчи два предлога одинъ за другимъ находятся,

In ante diem septimam calendarum nouembrium, (*На двадцать седьмое число октября*,) i. e. *in diem, quae est ante diem*, (*на день, которой есть прежде дни.*)

Ex praepositionibus solum *prope* comparationem habet, vt

Изъ предлоговъ одно только *prope* имѣетъ уравненіе, какъ

Prope, близко, *propius*, ближе, *proxime*, весьма близко.

§. 321.

De Coniunctionibus.

Coniunctiones sunt vocabula, quae membra orationis inuicem coniungunt et nectunt.

Sunt autem propter *significationem* variae et multiplices.

О Союзахъ.

Союзы суть такія слова, которыя соединяютъ между собою и связываютъ части рѣчи.

По по *знаменованію* суть много различны.

(a) *Copulatiuae*, (*Сопрягательные*, или *Утвердительные*): Et, ac, atque, que, (encliticum) etiam, quoque, и, же, такъ же, такъ же и; nec, neque, neu, neue, nec non, ни, нижѐ, item, купно, cum, какъ, tum, такъ.

(b) *Disiunctiuae*, (*Раздѣлительные*): sed, но, aut, vel sive, siue, seu, seu, въ двухъ одной послѣ другой слѣдующихъ запятыхъ, ve, (encliticum) или, либо, ли.

(c) *Conditionales*, (*Условные*): si, (sin) siquidem, ежели, естьли, когда, буде, лишь бы, modo, dummodo, лишь бы, alias, alioquin, инако, ni, nisi, ежелижъ, естьли не.

(d) *Explanatiuae*, (*Изъяснительные*): Siue, seu, vel, scilicet, videlicet, nempe, quippe, nimirum, vt, vtpote, или, то есть.

(e) *Aduerſatiuae*, (*Прекослопные*): Aſt, at, atqui, но; а, же, жъ, ſed, autem, vero, verum, tamen, однако, токмо, только, лишь.

(f) *Conceſſiuae*, (*Позволительные*): Etſi, etiamſi, tametſi, quanquam, quamuis, quidem, equidem, licet (что собственно есть Глаголъ,) vt, хотя, правда что, пускай.

(g) *Cauſales*, (*Виносложные*): Enim, etenim, nam, namque, ибо. Quia, quoniam, quod, бо, понеже. Quod, vt, quo, что, потому что, да, дабы, чтобъ, ne, quin, чтобъ не. Ideo, для того, quippe, quandoquidem, ſiquidem, понеже.

(h) *Concluſiuae*, (*Заключительные*): Ergo, igitur, itaque, ideo, idcirca, и такъ, то, того ради, чего ради, и по тому, посему, почему: quare, quamobrem, propterea, слѣдовательно, слѣдственно.

(i) *Ordinatiuae*, или *Continuatiuae*, (*Расположительные*, или *Продолжительные*): Inſuper, къ тому жъ, ceterum, далѣе, въ прочемъ, porro, далѣе, dein, deinde, deinceps, потомъ, denique, наконецъ, adhuc, praeterea, кромѣ того, къ тому жъ.

Reſpectu *loci* et *ordinis* aliae ſunt

a) *Praepoſitiuae*, quae in principio periodi et membri orationis ponuntur, vt *nam*, *quare*, *quin*, *ac*, *at*, *aſt*, *namque*, *ſed*, *verum*, *nec*, *ſin*, *ſiue* etc.

In oratione metrica etiam hae interdum poſtponuntur, vt 1. *Eſt mihi namque domi pater.*

b) *Poſtpoſitiuae*, quae vni, aut pluribus vocabulis poſtponuntur, vt *enim*, *autem*, *vero*, *quidem*, *quoque*, *nec non*, *que*, *ve* et interrogandi particula *ne*, vt *audiſtine?*

Nota: *Enim*, cum notat *veruntamen*, interdum in

Въ разсужденіи *мѣста* и *порядка* иные суть

а) *Предположительные*, которые въ началѣ періода и части рѣчи полагаются.

Въ стихахъ и сіи иногда позади поставляются, какъ 1. *ибо у меня есть дома отецъ.*

b) *Позади полагаемые*, которые послѣ одного, или многихъ словъ поставляются.

Примѣчаніе: *Enim*, когда значитъ *veruntamen*, (однакоже) prin-

principio legitur. *Enim vero* et *verum enim vero* in principio adhibentur.

c) *Communes*, quae modo praeponuntur, modo postponuntur, vt *ergo*, *igitur*, *quoniam* etc.

Coniunctiones aliae sunt *simplices*, quae non sunt compositae, vt *nam*, *si*, *enim*: aliae *compositae*, vt *quamobrem*, *quare*, *videlicet*, *etsi*, *etenim*.

Coniunctiones interdum etiam duplicantur, vt *ergo igitur*, *deinde postea*, *itaque ergo*.

§. 322.

De Interiectionibus.

Interiectiones sunt vocabula, quibus vehementior animi affectio notatur. Interdum solo sonitu, solo clamore proferuntur.

Interiectiones sunt varii generis:

находится иногда съ начала. *Enim vero* (подлинно) и *verum enim vero* (но подлинно) употребляются при началѣ.

c) *Общіе*, которые напереди, и позади поставляются.

Союзы иные суть *простые*, то есть тѣ, которые не сложены; иные *сложные*.

Союзы иногда и удвояются.

§. 322.

О Междометіяхъ.

Междометія суть такія слова, которыми показывается сильнѣйшее движеніе духа. Иногда оныя произносятся однимъ звономъ, или звукомъ.

Междометія суть различнаго рода:

(a) Gaudentis, (знач. *радость*); Euax, io, ho, iu!
(b) *Ridentis*, (знач. *смѣхъ*); *Ha*, *ha*, *he*, ха, ха, ха.
(c) *Lacrimantis*, (знач. *Плачь*); *Hei*, *hoi*, *obe!*
(d) *Dolentis*, (знач. *Болѣзнь*; Vae, heu, au, ah, eheu, горе, увы!
(e) *Indignantis*, (знач. *Гнѣвъ*, *или Негодованіе*): Ehem, oh, pro, proh, vah, фу, прочь!
(f) *Blandientis*, (знач. *Ласкательство*): Eia, sodes, пожалуй!
(g) *Vocantis*, (знач. *Призыпаніе*): Heus, o, eho, гей, слушай!
(h) *Respondentis*, (знач. *Откликаніе*): Hem, ehem, ну!
(i) *Approbantis*, (значащія *Подтержденіе*): Euge, eia, изволь, дерзай!

(k) *Admirantis*, (изъявляющія *удивленіе*). O, vah, hui, hem, papae, вотъ, toto!

(l) *Exclamantis*, (знач. *Восклицаніе*): O!

(m) *Silentium praecipientis*, (знач. *повелѣніе молчать*): St, pax, цыцъ.

Nota: Loco interiectionum interdum nomina, aut verba adhibentur, vt *pax*, *infandum*, *nefas*, *quaeso*, *obsecro*.

Примѣчаніе: Вмѣсто междометій иногда употребляются имена, или глаголы.

LOCA SELECTA
IN
VSVM
TIRONVM.

I. FACILIORES FORMVLAE.

1) Potentia Dei magna et maior quam potentia omnium Regum Nam quanquam multi Reges potentes inueniuntur, tamen Deus longe potentior eſt, quam illi, quia Deus omnia efficere poteſt, quae vult: Reges tantum multum efficere queunt.

2) Ego nondum multa didici, ſed operam dabo, vt multa diſcam. Nihil enim ſuauius eſt ſcientia multarum rerum.

3) Abrahamus Deum valde coluit et amauit; hinc factum eſt, vt a Deo valde amaretur, et in omnibus rebus adiuuaretur. Quoties de Abrahamo lego, toties opto, vt ſim ſimilis eius.

4) Deus non mutat voluntatem ſuam, ſed erit poſt mille annos idem, qui fuit ante multa millia annorum. Eſt tam potens, vt omnia, quae velit, efficere poſſit. Eſt vero etiam ita benignus, vt hominibus beneficere gaudeat. Hunc Deum nos omnes amare et venerari ſummo ſtudio debemus. Et maxime impius eſt is, qui hoc facere non vult. Ego Deum, qui me tantopere amat mihique quotidie innumera beneficia tribuit, per omnem vitam amabo et ſtudioſiſſime colam.

5) In noſtro horto ſunt multae arbores, quae praeclaros fructus ferunt. Hos quando maturuerint, decerpam, vt iis veſcar, et vbi decerpſero eos, laudabo Deum quod arbores tam vtiles creauerit.

6) Nihil praeclarius eſt virtute. Haec efficit, vt Deo placeamus. Quis vero nolit Deo placere? Nam qui Deo, placet, is fruitur vera felicitate.

2) COLLOQVIA SELECTA.

IOACHIMVS ET CHRISTIANVS.

I.

De tempore ſurgendi e lecto.

I. Heus! heus! Chriſtiane. C. Quid clamas, importune? *I.* Expergiſcere! Eſt enim tempus eundi in ſcholam: audisne? *C.* Non audio. *I.* Vbi ergo habes aures? C. In lecto ac ſomno. *I.* Quid loqueris? inepte. *C.* Non ineptio, ſed dormio, ſi non auribus, tamen oculis: ſaltem dormire volo. *I.* Nunc vero non eſt tempus dormiendi, ſed ſurgendi. *C.* Mitte me et abi: quid mihi moleſtiam exhibes? *I.* Non te antea mittam, quam lectum reliqueris: fac ſurgas: audita eſt enim hora ſeptima? *C.* Septima? Surgam. *I.* Recte facis; nam aurora eſt Muſis amica, immo aurea eſt.

II.

De Salutatione.

I. Salue, mi Chriſtiane. C. Ago gratias: tu quoque ſaluus ſis! Ioachime. *I.* Non eſt, quod gratias agas. *C.* Cur ergo ſalutas? *I.* Ex vulgari conſuetudine. *C.* Apage iſtam conſuetudinem! Salutatio omnis requirit animum, et eum integrum ac probum (rechtſchaffen), qui ea, quae os loquitur, etiam vere ſentit. *I.* Non male locutus es: video, me peccaſſe. *C.* Nunc places mihi: nam cognitio et profeſſio peccatorum eſt dimidia eorum emendatio.

III.

De caſeo et butyro.

I. Quomodo ſapit iſte caſeus? *C.* Bene: ſed melius ſaperet, ſi adderetur butyrum. *I.* Caſeum edere vna cum butyro eſt diuitum. *C.* Nos ſumus diuites. *I.* Oſtende quaeſo; diuitias veſtras. *C.* Mater mea ipſa format caſeos, et conficit tantum butyri, quantum vult. *I.* Erras: debebas dicere, quantum ei licet pro copia lactis: nec caſeos formare et butyrum conficere eſt certum ſignum diuitiarum. *C.* Ergo poſthac contentus ero alterutro, aut caſeo aut butyro ſolo. *I.* Recte facies: nam nos homines vix ſolo pane digni ſumus. *C.* Indigni quidem ſumus: attamen Deus, quae eius eſt benignitas, nec indignis negare ſolet obſonium.

IV.

De furto et mendacio.

I. Vnde accepiſti iſtum annulum, Chriſtiane. *C.* Inueni eum

in platea. *I.* Quando? *C.* Nudius tertius, cum ex aede veniebam. *I.* Sed ego illum adhuc heri vidi in digito Sabinae, amitae tuae. *C.* Illa eum fortaſſe amiſit. *I.* Mendacem oportet eſſe memorem. *C.* Cur me vocas mendacem? *I.* Tu non ſolum es mendax, ſed etiam fur. *C.* Quid abſtuli? *I.* Annulum. *C.* Id vix probabis. *I.* Iam ſatis probaui, immo tu ipſe probaſti, vel potius faſſus es. *C.* Quibus verbis? *I.* Credis ne, me heri vidiſſe annulum in digito amitae tuae? *C.* Id non negabo. *I.* Quando vero tu eum in platea inueniſti? *C.* Ante tres dies. *I.* Ecce mendacem ſui immemorem, qui poteſt aliquid ante inuenire, qnam amiſſum eſt. *C.* Faeor furtum et mendacium. *I.* Sane pudeat te vtriusque, inprimis mendacii, quod a te turpiſſime iteratum eſt. *C.* Mihi crede; non ſolum me pudet facti, ſed etiam poenitet et piget. *I.* Vtinam ſerio!

V.

De carne cocta.

I. Qualis eſt haec caro, quam vides in patina? *C.* Cocta. *I.* Hac de re non eſt dubium, nec quaeſtio: quis enim crudam carnem apponat? dic, cuius ſit generis? *C.* Eſt bubula. *I.* Falleris. *C.* Habet tamen ſpeciem bubulae. *I.* Non habet, niſi in errore oculorum tuorum. *C.* Eſtne veruecina an agnina? *I.* Neutra. *C.* Vtrum eſt ſuilla, an vitulina? *I.* Alterutra. *C.* Sed vtra? Forſan ſuilla? *I.* Erras: eſt vitulina. *C.* Eſt grati ſaporis. *I.* Vtique; praeſertim condita fame.

VI.

De ouis.

I Quaenam gallina peperit haec ova? *C.* Noſtra. *I.* Illa ne quam heri vidimus ovis incubante n? *C.* Alia eſt: illi vero oua ideo ſuppoſita ſunt, vt inde pullos excludat. *I.* Hoc videre geſtio. *C.* Videbis: ſed nunc vide, ne fracta forte teſta, diffluat oui albumen cum vitello. *I.* Tu vero diſce, quid ſignificat prouerbium: *Mali corui malum ouum.* *C.* Eius ſententiam tibi explicabo, ſi mihi explicaueris aliud de ouo prouerbium, nempe: ab ouo vſque ad mala. *I* Hoc eſt, a coenae principio vſque ad eius finem: nam apud veteres oua coenam incipiebant, poma claudebant. *C.* Profecto non ovum ouo eſt ſimilius, quam tu bono interpreti, qui ne eges quidem prioris prouerbii explicatione.

VII.

De frigore et igne.

I. Cur non ſcribis? Chriſtiane. C. Digiti mei rigent frigore, nec eſt ignis in fornace, quo muſcum calefiat. I. Age, excitabimus ignem folle. C. Follis adeſt, ſed lignum deeſt. I. Ecce lignum! hic eſt. C. Noui, ſed eſt humidum: arido opus eſt: nam humidum lignum, igni admotum, fumum gignit, fumus vero infeſtat oculos.

VIII.

De ira et odio.

I. Video, te eſſe iratum: quaenam eſt cauſa? C. Titius me fuſte percuſſit. I. Quid? Putabam, Titium eſſe amicum tuum. C. Ex amico factus eſt inimicus, odio dignus. I. Erras, Chriſtiane: nam debemus etiam inimicos noſtros diligere. C. At hi nos non diligunt. I. Nec nos Deum ſemper amamus, et hic tamen nos impenſe amat, vt et ipſum redamemus et ſimul inimicos noſtros amore complectamur. C. Bene mones: ignoſcam Titio, ipſumque amabo.

IX.

De ſomno.

I. Tempus eſt eundi cubitum: confer igitur te in lectum, tanquam ad letum. C. Quid ſignificat *letum*? I. Mortem. C. Putasne me hac nocte moriturum eſſe? I. Non equidem hoc credo: fieri tamen poteſt, vt moriare. C. Ego potius dormiam. I. Sed ſomnus eſt imago mortis. C. Fortaſſe reſpicis verſum poëtae: *ſtulte, quid eſt ſomnus, gelidae niſi mortis imago.* I. Hunc tu ipſe reſpice: mortemque ac ſepulcrum tuum meditare; ſic non eris ſtultus, ſed ſapiens.

X.

De repetitione lectionis.

I. Cur non repetis ea, quae hodie in ſchola didiciſti? C. Mire loqueris, qui velis, me ea repetere, quae didicerim. I. Cur? C. Nam quid opus eſt repetitione eorum, quae iam ſcio? I. Erras: aliud eſt didiciſſe nonnulla, aliud ea ita memoria tenere, vt ſemper eorum memineris. C. Ego nihil obliuiſcar. I. Erras: noli memoriae tuae nimis confidere. Multi eruditiſſimorum hominum profeſſi ſunt, ſe multa, quae olim didiciſſent, oblitos eſſe, quia eorum omiſiſſent repe-

petitionem. C. Sed mea memoria est praeclara: noui eam plane. I. Nemo est tam felici ingenio, qui non multa obliuiscatur. Hinc omnis sanus diligenter ac saepe repetere solet, quae didicit aut legit.

XI.

De eadem materia.

I. Cur tam tristis incedis, Christiane? C. Indignor: imo mihi ipse irascor. I. Quamobrem? C. Pudet me tibi causam fateri. I. Quaenam est? Dic aperte; prout nostra amicitia postulat. C. Pater meus hodie in coena, praesente auunculo meo, interrogabat me de aliqua re: nec poteram respondere. I. Bono et animo: quis ad omnes quaestiones respondere potest? Forsan tu istam rem nunquam audiueras aut didiceras. C. Scio, me illam didicisse: sed mihi in mentem non veniebat, licet omnes mentis vires intendissem: Nec nunc succurrit. I. Video ergo, quam nuper erraris, cum diceres, memoriam tuam esse praeclaram, nec quidquam obliuisci. C. Video: et me nunc impudentiae meae valde poenitet. In posterum omnia, quae audiui ac didici, repetam, ne iterum tacere cogar interrogatus a patre.

XII.

De Spectris.

I Narrabo tibi rem miram atque terribilem. C. Non otium mihi nunc suppetit: alio tempore narres: mihi domum festinandum est ad patrem, qui me ad auunculum misit et mox redire iussit. I. Expecta paulisper, et audi: res, quam tibi narrabo, est haud dubie digna, quae abs te audiatur. C. Non possum hic morari. I. Duobus verbis tibi dicam: spectrum vidi. C. O! tace, qui spectra videt, is non dignus est, qui audiatur. Vt tamen tibi morem geram, mox redibo, si quidem per patrem mihi licuerit.

XIII.

Continuatio.

I. Praeclare facis, cum redis. C. Pater meus tam facilis et benignus erat, vt mihi, dicenti, te mecum loqui velle, potestatem ad te redeundi faceret. Narres igitur de tuo spectro: vbi id vidisti? Non procul a lecto, in quo solus cubabam. C. Quali erat specie? Atra an candida? I. Ni fallor candida: et vultu, si recte memini, tristi. C. An certo scis,

fuisse spectrum? Nonne fieri potuit, vt aliud quid esset? An manibus tetigisti? *I.* Non: quis enim tam audax sit, vt spectra manibus petat? *C.* Tace: video, te esse hominem timidum: et omnes timidi spectra et vident et audiunt. *I.* An tu non credis, spectra esse? Ancilla nostra multa vidit. *C.* Dic potius, ancillam credere, se multa vidisse. Qui eiusmodi hominibus omnia credit, stultus est.

XIV.

Continuatio.

I. Narrabo tibi aliquid: sed caue rideas. *C.* Promitto tibi, me non risurum: an forsan iterum vidisti spectrum aliquod? *I.* Non: abeant spectra in vltimas terras! Non ea credo amplius. *C.* Quid audio? *I.* Spectrum illud, quod hesterna nocte videre mihi visus sum, fuit vestis quaedam matris meae: haec sellae iuxta meum lectum stanti imposita erat me inscio. Mater mea modo totam rem mihi explicauit. *C.* Nonne vero istam vestem animaduerteras conscendens lectum? *I.* Non: quia sine candela cubitum iueram; luna enim lucebat. *C.* Valde gaudeo, videns te errore quodam solutum esse: et suadeo tibi, vt in posterum tuis oculis et auribus magis credas, quam ancillis.

XV.

De melle.

I. Quid edis? amice. *C.* Panem melle illitum. Non dicere possum, quam praeclare sapiat: *I.* Sed quid cogitas, tam dulci cibo vescens? *C.* Nihil: nam simul edere et cogitare non possum. *I.* Nonne hic tibi in mentem venit benignitatis diuinae homines tantopere amantis, vt non modo eorum necessitati sed etiam commoditati et voluptati consulat? *C.* Recte mones. Quam varia ciborum genera iussu et cura Dei nobis suppeditant siluae, lacus, flumina? Et quis omnia recensere possit? *I.* Et talem Deum nos non diligamus?

XVI.

De vento et hyeme.

I. Audin' ventum vehementer flantem? *C.* Audio: *I.* Nonne nobiscum melius ageretur, si omnis ventus et tristis illa hyems a nostris terris abesset? *C.* Non: sunt istae res vtiles. *I.* Quomodo? *C.* Venti purgant aërem, vaporibus non salubribus interdum refertum, et simul mouendo aëre cauent,

ne

ne is vaporibus talibus impleatur nec nobis noxius fiat. *I.* Audio: sed quid prodest hyems? *C.* Reddit terrae aliisque rebus vires, quas per aestatem amiserant: ac nonne arbores, si perpetuo solis calore crescere et fructus ferre cogerentur, tandem interirent? *I.* Attamen melius foret, si perpetuo vere frueremur. *C.* Erras: ver perpetuum tibi et mihi omnibusque tandem taedio foret. *I.* Hoc vix crediderim. *C.* Omnis suauitas nititur varietate rerum. Res, etiamsi est pulcherrima et iucundissima, tamen tandem taedio fit, si ea perpetuo vtimur. Cogita, quam suauis sit sanitas corporis iis, qui graui morbo laborarunt; et quam parui aestimetur ab iis, qui numquam aegrotarunt. *I.* Non stulte loqueris. Video Deum sapienter agere in omnibus rebus.

XVII.

De pomis.

I. Vnde venis? Christiane. *C.* Ex horto nostro suburbano. *I.* Quid ibi egisti? *C.* Quid ibi egerim? mira quaestio! edi. *I.* Quidnam? *C.* Pira, pruna et mala, quibus arbores nostrae abundant. *I.* Scisne vero etiam, qui pomis vescuntur, eos facile in morbum incidere posse. *C.* Hoc ignoro: sed hoc scio, vsum pomorum, modo maturuerint, nemini nocere, nisi forte nimis multis vescatur. *I.* Quis te hoc docuit? *C.* Parer meus, qui mihi narrauit, medicos ipsos vsum pomorum non pro noxio habere: et pater ipse pomis multis vescitur, ac tamen sanus est: sed vale: domum enim festinare cogor, quia valde sitio. *I.* Caue, post vsum pomorum bibas. *C.* Bibam nihil nisi aquam: et huius vsus ei, qui poma matura edit, nihil nocet. *I.* Mira loqueris; vale.

XVII.

De Fabulis.

I. Quem librum tenes manibus? *C.* Sunt fabulae Gellerti. *I.* Quanti emisti? *C.* Non ipse emi, sed pater emit duodecim grossis, vt puto, nam certo non scio. *I.* Care emit pater talem libellum. *C.* Nihil mea refert, vtrum male an bene emtus sit liber aliquis, dummodo sit bonus contineatque multa, quae inde discam. *I.* Ego credidi, Aesopum solum fabulas scripsisse. *C.* Errasti. Multi enim sunt, qui fabulas scripserint, vt Hagedornius, Gleimius aliique, quorum nomina mihi exciderunt. *I.* Suntne istae fabulae vtiles? *C.*

Vti-

C. Vtique depingunt vitam hominum et simul peccata nostra, modo ea vbique agnoscere atque ita corrigere velimus. I. Rogabo patrem meum, vt hos libros mihi emat.

XIX.

De paupertate et Diuitiis.

I. Videsne istum hominem ridiculum? C. Video quidem hominem, sed nihil ridiculi in eo animaduerto. I. Nonne vides, eum esse pauperem? Et pauperes sunt contemnendi ac diridendi. C. Stultissime loqueris: paupertas nihil contemtus adferre potest homini: sed vitia hominem reddunt ridiculum et contemtu dignum. De tua igitur sententia omnes diuites sunt colendi? nonne? I. Sunt: quis enim felicior diuitibus? possunt vti et frui rebus, quibuscunque volunt. C. Erras: diuitiae sunt primum caducae et valde incertae: qui hodie iis abundat, eras saepe est pauperrimus: deinde quomodo diuitiae possunt homini honorem conciliare? I. Per vestitum magnificum aliasque res splendidas. C. Ridiculus est honor, qui hominis vestibus, non ipsi homini tribuitur. Inter pauperem et diuitem, si vterque est sapiens virtutisque amans, nihil interest: diuitiae nihil discriminis efficere possunt. Imo, si pauper diuite est sapientior et virtutis studiosior, haud dubie longe ille huic praeferendus est. Putasne, te in perpetuum esse mansurum diuitem? I. Spero vtique. C. Nonne fures, fraudes hominum, incendium aliaeque res possunt tibi diuitias adimere? ac si deinde pauper eris, caue, ne aeque tum derideare ab aliis, ac nunc pauperes deridendos putes. Qui pauperes deridet, is Deum deridet, qui illos creauit.

XX.

De diuitiis.

I. An nihil audiuisti de malo, quod superiori nocte experti sumus? C. Nihil: quidnam vobis accidit? I. Fures, genus hominum improbissimum, nobis omnem supellectilem abstulerunt, et nostras aedes totas fere vacuas reddiderunt. C. Doleo vehementer. I. Pater confirmauit omnem suam pecuniam simul ablatam esse. C. Hinc vides, quam incertae sunt omnes diuitiae, et quam miser sit homo iis solis confidens. Virtus et doctrina sunt certiores diuitiae, quas nullus fur auferre potest. An nostis, quinam isti fures fuerint? I. Non: nam si hoc sciremus, res ereptae facile nobis restituerentur. C. Opto, vt damnum istud vobis alio modo sarciatur.

XXI.

XXI.

De morte.

I. Cur fles? Chriſtiane. C. Quia ſoror mea mortua eſt. I. Doleo tecum: ſed vbi nunc ipſa eſt? C. Mortua eſt, vt audiuiſti. I. Itane plane periit? C. Corpus quidem eius video, ſed exſangue et virae expers. I. Nunc vides, quid corpus ſit ſine animo. C. Video, ſed, vbi animus ſororis ſit, neſcio. I. Fuitne ſoror tua virtutis amans? C. Fuit ſane. I. Ergo non dubitare debes, quin eius animus nunc ſit in coelo, in ſede beatorum.

XXII.

De eadem materia.

I. Video te atra veſte indutum; quid hoc ſignificat? C. Frater meus obiit. I. Quis credidiſſet, mortem eius tam propinquam eſſe. Doleo tecum ex animo. C. Non dici poteſt quantopere is me amauerit. I. Scio, quanto vos amore perpetuo complexi ſitis; hincque facile intelligere poſſum, quam acerba tibi ſit illius iactura. C. Vtinam hodie moriar, vt eum eo ſim, eiusque conſuetudine dulci fruar! I. Noli dolori tuo nimis indulgere. Videturne tibi frater plane periiſſe? C. Non; ſcio eum eſſe in loco meliori, quam antea. I. Ne igitur inuidias illius felicitati, praeſertim cum ſcias, eum aliquando in vitam atque ita in tuum amplexum eſſe rediturum.

XXIII.

De mortis cogitatione.

I. Gaudeo, cum video, te non tam triſti fronte eſſe, quam heri: quae ſubeſt cauſa? An oblitus es tui fratris? C. Minime: ſed quid iuvat, dolori indulgere: lacrymis neminem in vitam reuocamus: deinde ſcio, eum adhuc viuere, ac maiori felicitate frui, quam nos omnes hac in terra fruamur. I. Loqueris ita, vt Chriſtianum decet. C. Attamen eius memoriam ex meo animo nunquam effluere patiar. I. Recte facies: at nos ſimul etiam mortem noſtram cogitare decet: nam ſumus omnes mortales; et ſapientis eſt, mori diſcere ante, quam moriatur. C. Praeclare loqueris. Mors enim nulli aetati parcit: non modo viros et ſenes aufert, ſed etiam adoleſcentes, pueros, imo infantes opprimit.

XXIV.

De grato discipuli erga magistrum animo.

I. Nihilne audiuisti de Nicolao? C. Quid putas me audire potuisse? Non intelligo, quid sentias. I. Miror. Locutus ille est ea de magistro nostro, quae discipulum non decet loqui. C. Quaenam dixit? I. Pudet me ea repetere; et ignoscas quaeso, si taceam: nam aliorum stulta verba repetere est reddere se illorum stultitiae participem. C. Qualis est vester magister? I. Vir nostro amore et obseruantia longe dignissimus. Neque enim tantum singula, quae tradit, diligenter atque ita explicat, vt quisque eum plane intelligat, sed etiam diligenter singula repetit, vt e mente nostra effluere nequeant: vt taceam, quanto studio nos ad virtutem amandam impellat, suoque praeclaro exemplo praeeat. C. Sane est praeclarus magister. I. Nonne igitur dignus est, quem nos, tam egregia institutione fruentes, impense amemus? Nonne vero etiam Nicolaus dignus est, quem oderimus? C. Miser ille misericordia potius vestra, quam odio dignus est: indicat enim, se sui magistri virtutes non perspicere, nec quidquam vtilitatis ex eius institutione capere.

XXV.

De vera discendi ratione.

I. Video, me a te longe superari doctrinae laude: dic igitur mihi, quam viam ingredi debeam, vt doctior fiam. C. Non equidem me ea laude, quam mihi impertiris, dignum esse credo: attamen, quid sentiam tibi dicam. Omnis homo, cuius interest multa discere, debet tria obseruare. I. Quaenam ea sunt. C. Primum se debet praeparare ad ea, quae in schola tradentur, vt deinde illa, quando tradantur, eo melius intelligat: deinde debet ad singula verba magistri diligenter attendere, tandem domi, quaecunque audiuit, saepius repetere. I. Quid est diligenter attendere? C. Ita attendere, vt acerrimo studio summaque cupiditate flagres singula audiendi et memoriae mandandi, I. An potes omnia memoria comprehendere? C. Non: propterea multa quae magister tradit, charrae trado, ac deinde domi, quae notaui, saepius perlego: sic memoriae meae egregie consulo. I. Sequar exemplum tuum.

XXVI.

XXVI.

De lectione Ciceronis.

I. Scio, te linguam latinam praeclare noſſe: dic mihi, vnde eius ſcientiam hauſeris. C. Maxime e diligenti Ciceronis lectione. I. Quis eſt iſte Cicero? C. Non amplius viuit: fuit ille olim conſul Romanus, magnusque orator. I. Si orator fuit, quomodo ex eo potuiſti latinam linguam diſcere? C. Non tantum ex eo huius linguae cognitionem hauſi, ſed ſimul quoque eloquentiam, hoc eſt facultatem perſpicue, graviter et ſuauiter dicendi. I. Mira narras: memini me de Cicerone iſto aliquando audire: ſed audiui, ex eo nihil niſi vocabula latina diſci poſſe. C. Sic iudicant, qui ipſum non legerunt: et mihi crede, neminem praeclare ſcribere poſſe, niſi eloquentia inſtructus ſit. Sine eloquentia loqui ac ſcribere eſt garrire.

XXVII.

De Conſule Romano.

I. Tu dixiſti mihi nuper, Ciceronem fuiſſe Conſulem Romanum: non intelligo, quid ſit Conſul Romanus. C. Quid nunc ſit, neſcio, quid fuerit olim, ſcio; fuit vir regia fere poteſtate vtens. Romam vrbem eſſe Italiae noſti. I. Noui: eſt ſedes Pontificis Romani. C. Olim fuit ſedes ſummi imperii orbis terrarum. Sed vt ab initio ordiar, habuit primum reges, quorum primus fuit Romulus. I. De Romulo audiui: nonne hic Romam condidit? C. Recte: ſed vltimus regum Tarquinius, qui ſuperbus appellatur, eiectus eſt vrbe, non modo propter crudelitatem, ſed etiam, quia eius filius Lucretiae, matronae primariae, caſtitatem laedere auſus eſt. I. Ergo Romani poſtea ſine rege creabant ſibi duos Conſules, qui regiam poteſtatem haberent. I. Ergo duos reges pro vno habuere. C. Non: Conſules erant annui, hoc eſt, eorum poteſtas durabat vnum annum: ſingulis enim annis alii duo Conſules creabantur a populo in comitiis. I. Nunc video, Ciceronem, cum Conſul Romanus fuerit, fuiſſe virum ſummae auctoritatis, ampliſſimae conditionis atque adeo regis fere ſimilem.

3.) LOCA SELECTA EX CICERONE.

1) Cum ex Simonide, poeta nobili, quaesiſſet tyrannus Hiero, quid Deus eſſet, ille, deliberandi cauſa, ſibi vnum diem poſtulauit. Cum idem ex eo poſtridie quaereret, biduum petiuit. Cum ſaepius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero requireret, cur ita faceret: quia quanto, inquit, diutius conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior. Cic. Nat. D. I. 22.

2) Non deterret ſapientem mors, quae propter incertos caſus quotidie imminet, propter breuitatem vitae nunquam longe poteſt abeſſe, quo minus in omne tempus reipublicae ſuisque conſulat et poſteritatem ipſam ad ſe putet pertinere: Cic. Tuſc. 1, 38.

3) Nihil eſt profecto homini dulcius, quam vt cetera auferat, adfert certe ſenectus. Quae vero aetas longa eſt? aud quid omnino homini longum? Nonne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu, a tergo inſequens, nec opinantes adſecuta eſt ſenectus? Sed quia vltra nihil habemus, hoc longum dicimus. Cic. Tuſc. 1, 39.

4) Apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Ariſtoteles ait beſtiolas quasdam naſci, quae vnum diem viuant. Ex his igitur, hora octaua quae mortua eſt, prouecta aetate mortua eſt: quae vero occidente ſole, decrepita: eo magis, ſi etiam ſolſtitiali die. Confer noſtram longiſſimam aetatem cum aeternitate: in eadem propemodum breuitate, qua illae beſtiolae, reperiemur. Cic. ibid. c. 39. extr:

5) Exiſtit autem hoc loco quaedam quaeſtio ſubdifficilis, num quando amici noui, digni amicitia, veteribus ſint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus. Indigna homine dubitatio! Non enim amicitiarum eſſe debent, ſicut aliarum rerum, ſatietates. Veterrima quaeque, [vt ea vina, quae vetuſtatem ferunt] eſſe debent ſuauiſſima: verumque illud eſt, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiae munus expletum ſit. Nouitates autem, ſi ſpem adfe-

adferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus, fructus appareat, non sunt illae quidem repudiandae, vetustas tamen suo loco conseruanda est. Maxima est enim vis vetustatis et consuetudinis. Atque in ipso equo, cuius modo mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est, qui non eo, quo consuevit, libentius vtatur, quam intractato et nouo: nec modo in hoc, quod est animal, sed in iis etiam, quae sunt inanimata, consuetudo valet; cum locis etiam, ipsis montuosis delectemur et syluestribus, in quibus diutius commorati sumus. Cic. Amic. 19.

6) Verum illud est, quod nostros senes commemorare audiui, ab aliis senibus auditum: si quis in coelum adscendisset, naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore; quae iucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Sic natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tanquam adminiculum adnititur, quod in amicissimo quoque dulcissimum est. Cic. Amic: 23.

7) Scitum est illud Catonis, melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum saepe dicere, hos nunquam. Atque illud absurdum est, quod ii, qui mouentur: eam molestiam, quam debent capere, non capiunt; eam capiunt, qua debent vacare. Peccasse enim se non anguntur, obiurgari moleste ferunt: quod contra opportet, delicto dolere, correctione gaudere. Cic: Amic: 24. extr.

8) Odiosum sane genus hominum est officia exprobrantium; quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit. Cic. Amic. 20.

9) Cum omnium rerum simulatio est vitiosa [tollit enim iudicium viri idque adulterat] tum amicitiae repugnat maxime. Delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae valere non potest. Nam cum amicitiae vis sit in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus; qui id fieri poterit, si ne in vno quidem quoque vnus animus erit, idemque semper, sed varius,

commutabilis, multiplex —— ſecerni autem blandus amicus a vero et internoſci tam poteſt, adhibita diligentia, quam omnia fucata et ſimulata a ſinceris atque veris. Cic. Amic. 25.

10) Quid dulcius, quam habere, quicum omnia audeas ſic loqui, vt tecum? Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis aeque, ac tu ipſe, gauderet? aduerſas vero ferre difficile eſſet ſine eo, qui illas grauius etiam quam tu, ferret. — Itaque non aqua, non igni, vt aiunt, pluribus locis vtimur, quam amicitia. Cic. Amic. 6.

11) Breue tempus aetatis ſatis eſt longum ad bene honeſteque viuendum. Sin proceſſeris longius, non magis dolendum eſt, quam agricolae dolent, praeterita verni temporis ſuauitate, aeſtatem, autumnumque veniſſe. Ver enim tanquam adoleſcentiam ſignificat, oſtenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata ſunt. Fructus autem ſenectutis eſt ante partorum bonorum memoria et copia. Cic. ſenect. 19.

12) Adoleſcentes mori ſic mihi videntur, vt cum aquae multitudine vis flammae opprimitur: ſenes autem, ſicut ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumtus ignis exſtinguitur. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur, ſi matura et cocta, decidunt, ſi vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas. Cic. ibid.

13) Apud Xenophontem moriens Cyrus maior haec dicit: Nolite arbitrari, o mihi cariſſimi filii, me cum, a vobis diſceſſero, nuſquam aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis, ſed eum eſſe in hoc corpore ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur eſſe creditote, etiamſi nullum videbitis. — Mihi quidem numquam perſuaderi potuit, animos, dum in corporibus eſſent mortalibus, viuere, cum exiſſent ex iis, emori: nec vero tum animum eſſe inſipientem, cum ex inſipienti corpore euaſiſſet, ſed

sed cum omni admixtione corporis liberatus purus et integer esse coepisset, tum esse sapientem. Atque etiam, cum hominis natura morte dissoluitur, ceterarum rerum perspicuum est quo quaeque discedant: abeunt enim illuc omnia, vnde orta sunt: animus autem solus nec, cum adest, nec, cum discedit, apparet. Cic. Senect: 22.

РОССИЙСКАЯ
ГОСУДАРСТВЕННАЯ
БИБЛИОТЕКА
30327-0

Инв. 4974